1504, — 1513, f. Alexādri Aphrodisiēnsis problemata duobus libris nō unquā āte īpressa Theodoro Gaza īterprete. —— Cum Aristotelis de natura animalium, aliisque opusculis. Venet., ap. Aldum; ubi *v. II. a) Bb) β).*

1505, — 1518, — 1520, — 1524, — 1534, — 1537, — 1551, — 1554, — 1561, — 1573, — 1580, — 1650, — 1680, — f. —— *V.* s. v. Aristoteles. *ib.: Problemata.*

1541, 8. Alexandri Aphrodisii *ἰατρικα ἀπορηματα και φυσικα. προβληματα* Latinè, Joannis Divionis studio illustrata. Parisiis. —— Est eadem impressio supra I. Bb. 3) cum contextu graeco memoratae versionis.

1579, 16. —— *V.* Aristoteles. *II. A) Aa).*

bb) *liber prior.*

1498, f. Alexandri Aphrodisaei, super nonnullis physicis dubitationibus solutionum liber, in latinum conuersus. —— In *Ang. Politiani* Opp. Venetiis in aedibus Aldi Romani mense Iulio. M. IID. Adiecta est *Pt. Criniti* ad Ioannem Franciscum Picum, mirandulanum Principem epistola, scripta Kalendar. April. 1497. Florentiae. Librum tantummodo priorem e graeco convertit *Politianus.* Rep. in sqq.

1499, f. mai. — interprete Ang. Politiano. —— *Ib.* Impressum Florentie: et accuratissime castigatum opera et impensa Leonardi de Arigris de Gesoriaco Die decimo Augusti MID.

1512, f. —— *Ib.* In aedibus Ascensianis ad Idus Maias MDXII.

1519, f. —— *Ib.* Venundantur in aedibus Ascensianis MDXIX.

1520, 4. ALEXANDRI APHRODISIEI SVPER nonnullis Physicis quaestionibus Solutionum Liber. ITEM Plutarchi Cheronei Amatoriae narrationes. Angelo Politiano interprete. *In fine f.* 46 *a:* BASILEAE. EX AEDIBVS ANDREAE CRATANDRI, MENSE AVGVSTO, ANNO, M. DXX. —— 1 *f.* tit., 3 *ff.:* Index eorvm, quae in hoc libello continentur. 36 *ff.*

1520, 12. —— *V.* Aristotelis Problemata.

1528, 8. —— In *Ang. Politiani* Opp. Sebastianus Gryphius excudebat Lugduni Anno MDXXVIII.

1533, — 1537, 8. —— *Ib.* Apud Sebastianum Gryphium. Lugduni 1533.

1553, f. —— *Ib.* (Bs.) p. 409 sqq.

1609, 8. — Frcf.

## BB. Commentarii.

### 1) in topica Aristotelis.

aa) *integri.*

1524, — 1541, f. Alexandri Aphrod. in VIII Topicorum libros Commentarii latine, interprete Gu. Dorotheo. Vt. —— Iterata est haec versio et 1542 sqq.

1542, f. Alexandri Aphrod. in octo Libros Topicorum, vel de locis sedeque argumentorum Aristotelis Commentatio, Latine nunc primum e Greco versa a Gu. Dorotheo, Veneto. Parisiis, apud I. Roygni.

1547, — 1554, f. — Vt., J. Gryphius.

1563, — 1573, f. — (*ex vers. J. Bpt. Rasarii*). Vt., Hi. Scotus. —— *Rasarii* nomen in fronte non est expressum. Est haec versio illa *Dorothei* accuratior.

bb) *singuli libri.*

1569, f. Alexandri Aphrodisiensis in tertium librum Topicorum Aristotelis Commentarii, Petro Gherardo Burgensi interprete. Florentiae, apud filios Laurentii Torrentini, et Carolum Pectinarium Socium. —— Sic indicatur in: Annali della tipografia fiorentina di Lorenzo Torrentino. (Fr., 1811. 8) p. xxxvii.

1602, 8. — in librum septimum Topicorum Aristotelis Commentarii, interprete M. At. Mureto. —— Adiuncta eiusdem Commentariis in **Aristotelis** Ethica *etc.; v.* s v **Aristoteles**, III. *Illustrantia* etc. *Muretus.*

## 2) in Aristotelis priora analytica.

1542, f. In priora Analytica Aristotelis commentaria Alexandri Aphrod. latine interpretatus est J. Bpt. Felicianus. Vt. —— Rep. 1546 sqq.

1546, f. — ex vers. I. Bpt. Feliciani; cum Alexandri Aph. commentario in Aristotelis libros Elenchorum, latine, interprete Gasparo Marcello. Vt.

1549, — 1560, f. — interprete J. Bpt. Feliciano. Vt. —— Editionem a. 1559 in bibl. Bodlei. esse memoratur.

## 3) in Aristotelis posteriora analytica.

1568, f. ALEXANDRI AFRODISEI (*in ornamento ligno inciso*) ET EVSTRATII Episcopi Nicaeni Commentaria in II. Librum Posteriorum Resolutiuorum Aristotelis. Innominati item avthoris Expositiones compendiariae in evndem. Andrea Gratiolo Tusculano ex Benaco Interprete. *Infra icon Aristotelis ligno incisum, adiecta inscriptione. Infra:* VENETIIS, APVD HIERONYMVM SCOTVM. MDLXVIII. *In calce:* Series Chartarum A B C D E F G H I K L. Omnes sunt Terniones, praeter L, qui est Quaternio. *Infra ligno incisa figura, infraque:* VENETIIS APVD HIERONYMVM SCOTVM MDLXVIII. —— 136 pp. duabus columnis impressae. In Bibl. sen. Lips. haec, ut ex omnibus apparet, cum neque *Fabricius*, neque *Harlesius* viderint, imo etiam *Hendreichii*, qui unicus in Pandectis Brandenburgicis, p. 107 distincte commemorat, notitiam rectissimam reiiciendam censuerint, opusque ipsum Alexandri inter inedita eiusdem posuerint, nec viderit *Ebert*, rarissima editio adservatur.

## 4) in Aristotelis sophisticos elenchos.

1541, f. In sophisticos Aristotelis Elenchos commentaria Alexandri Aphrod. interprete Dorotheo. Venetiis. —— *I. Nabascuensis*, qui seq. diligenter retractavit, de *Dorothei* versione iudicat praef. *f.* 2 sic: „Commentarii Alexandri Aphrodisiei in libros Elenchorum Aristotelis a Dorotheo iam pridem Latinitate donati mihi offeruntur, ut ad Graecum exemplar conferendo expenderem, num essent aliqui errores, vel vitio interpretis vel typographorum admissi, et illos obelisco notarem. Id dum facio, myriades errorum mihi extitere, quamobrem necessum esse duxi, non tam mendas eximere, quam totum opus a principio ad finem usque retexere. Quare coactus sum, paucis diebus hoc opus cursim perlegere et sic mutare, quae non satis Alexandri mentem reddere videbantur. Quae nec adeo pauca erant, nec adeo vulgaria, ut non infinitis propemodum in locis lectorem vel mediocriter eruditum partim vexare, partim in falsam sententiam inducere potuissent: id quod conferenti libros a nobis recognitos cum Dorothei versione Venetiis excusa facile liquebit."

1542, f. Annotationes Alexandri Aphrodisiensis Maximi Peripatetici, in Librvm Elenchorvm, id est de apparentibvs redarguendi argumentis Aristotelis Nuper diligenti cura in latinum conuersae Guilelmo Dorotheo Veneto interprete. *Infra ornam. ligno incisum, infraque:* Privilegio Parisiis Apud Simonem Colinaeum. 1542. *In calce:* Finis expositionis Alexandri Aphrodisiensis in Librum de redargutionibus Aristotelis Guilelmo Dorotheo Veneto interprete. —— 47 num. *ff.* cum *sign.*, sed sine *cust.* Nitide duabus columnis impressa. *Iohannes Nabascuensis* summo studio, ut haec esset editio multo correctior accuratiorque priore, curavit, addiditque praeter Dorothei, et suam praefationem. Bibl. sen. Lips.

1546, f. — interprete Gasparo Marcello. —— *V.* antea 2). Haec est quam *Ebert*, sequutus *Fabricium*, singulatim prodiisse commemorat. *V.* infra 1559.

1557, f. — ex vers. J. Bpt. Rasarii. Vt., ap. Lud. Avancinum. —— Multo accuratior prioribus.

1559, f. — ex interpretatione Casp. Marcelli. Vt. —— *V.* 1546.

## 5) in Aristotelis de prima philosophia.

1527, f. ALEXANDRI Aphrodisei Commentaria in duodecim Aristotelis libros de prima Philosophia, interprete Ioanne Genesio Sepulueda Cordubensi, ad Clementem VII. Pont. Max. — CVM GRATIA ET PRIVILEGIO. *Haec or-*

*namento ligno inciso circumdata. In fine:* Finis enarrationis Alexandri Aphrodisei libri Aristotelis de prima philosophia undecimi, qui Latinis et Arabibus est duodecimus interprete I. Genesio. — Registrum a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. — AA BB CC DD — A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. — Omnes sunt (?) terni — Impressum Romae, in aedibus Marcelli Silber, alias Franck. Anno domini M. D. XXVII. mense Februario. *Et* 1 *f. cum privilegio.* —— Sine *cust.* et *num. ff.* Hoc Alexandri opus adhuc latine tantum extat, et ex 4 mstis codicibus conversum est. Introductionem vero, quae huic interpretationi deest, edidit graece et lat. *At. Passerinus* in Bibl. selecta, lib. XII. c. 29. *V.* 1536 sqq.

1536, f. ALEXANDRI Aphrodisiei Commentaria in duodecim Aristotelis libros de prima Philosophia, interprete Joanne Genesio Sepulueda Cordubensi, ad Clementem VII. Pont. Max. — Quibus accesserunt, primum index alphabeticus praecipua quaeq; in commentarijs contenta, enarrationum summa paucis elucidantia. — PARISIIS Apud Simonem Colinaeum M. D. XXXVI. *In calce:* Finis enarrationis Alexandri Aphrodisei in librum Aristotelis de prima Philosophia vndecimum, qui Latinis et Arabibus est duodecimus, interprete Joanne Genesio Sepulueda. — Parisijs, ex officina chalcographica Ludouici Cyanei, sumptibus honestissimi viri Simonis Colinaei, Anno Domini M. D. XXXVI. mense Aprili. —— Titulus iconibus *Aristotelis*, *Pythagorae*, *Socratis*, *Platonis*, *Ciceronis*, *Senecae* alioque ornamento ligno inciso est circumdatus. 5 *ff.* titulus et praefatio, 5 *ff.* index, 402 pp. et 1 vac. *f.* In bibl. sen. Lips. nitidum exemplar adservatur.

1544, — 1561, f. — interprete I. Genesio Sepulueda. Vt. —— *V.* 1527.

### 6) in Aristotelis libros de meteoris.

1540, f. Alexandri Aphrod. in IV libros Aristot. de Meteoris commentarium latine vertit Alex. Piccolomineus. Vt. —— Rep. a. 1545 sqq.

1545, f. Alexandri Aphrodisiensis Maximi Peripatetici in qvatvor libros Meteorologicorvm Aristotelis, Commentatio lucidissima, Alexandro Piccolomineo interprete. Huc insuper accessit De Iride breuis tractatus, eodem Alexandro Piccolomineo authore. In quo quamplurima tum Aristotelis, tum etiam Alexandri Aphrodisiensis & Olympiodori dicta planissime explicantur. Index etiam eorum quae in commentatione Alexandri obseruatione digna annotata sunt. — *Cautum priuilegijs Pont. Max. atq; Illustrissimi Senatus Veneti, nequis hunc librum in aliquo suae ditionis loco imprimat, aut alibi impressum uendat.* VENETIIS Apud Hieronymum Scotum. MDXLV. —— 2 *ff.* praefixa. *F.* 1 incipit Alexandri contextus, explicitque *f.* 54 *b:* Explicit Commentatio lucidissima Alexandri Aphrodisiensis in quatuor libros Meteorologicorum Aristo. Alexandro Piccolomineo interprete. *F.* 55 *a* incipit *Piccolominei* epistola *de Iride*, explicitque *f.* 60 *a* sic: Explicit Tractatus de Iride Alexandri Piccolominei, que; Storditum Intronatum appellant. quem quidem Tractatum, composuit Anno Domini M. D. XXXIX. Die Mensis Julij. Annum agens uigesimum nonum. *Ad calcem:* Series Chartarvm A B C D E F G H I K, Omnes Terniones. *infra:* Venetijs apud Hieronymum Scotum MDXLV. Rep. a. 1548.

1548, f. — Vt. —— *V.* 1573.

1556, f. — interprete Camotio. Vt.

1561, — 1573, f. — Vt. —— *V.* 1540.

### 7) in Aristotelis de sensibus.

1544, — 1549, — 1559, f. *Alexandri* Aphrod. in Aristotelem de sensibus, atque de his quae cadunt in sensum, Lucillo Philaletheo interprete. Accedunt *Michaelis* Ephesii Scholia in Aristotelis Parva Naturalia, latine. Vt., ap. Hi. Scotum. —— Iterata 1573.

1573, f. — Vt., ap. haeredes Hi. Scoti.

### 8) de intellectu.

1516, f. Alexandri Aphrodisei clarissimi peripatetici. De Intellectu. —— *V.:* Aristotelis Secretum Secretorum. Bononiae Impensis Benedicti Hectoris.

## B. germanicarum.

1778, 8. Abhandlung über d. Schicksal u. d. Freiheit des Willens; a. d. Griech. übs. v. J. G. Schulthess. —— *V.* eiusdem Bibliothek der griech. Philosophen (Zürich, 1778 sqq.) Vol. I. p. 181 sqq. Auctior et emendatior est rep. 1782.

1782, 8. — Zürich, Gessner. —— 6 *Gr.*

A. gallicarum.

1555, 8. — Questions physicales, trad. par Mathurin Heret. Paris.

1587, 12. Les Solutions d'Alexandre de Aphrodisée sur plusieurs questions physicales. —— Adiectae sunt versioni gallicae Aristotelis problematum, v. *ib.*

## III. *Illustrantia Alexandrum scripta.*

Iac. *Brucker*: De Alexandro Aphrod. —— In eiusdem Historia crit. Philosophiae, Vol. II. p. 480 sqq.

*Casirus*: De Alexandro Aph. —— In Bibl. Arabico-Hispan. T. I. p. 243 sqq.

Alb. *de Haller*: De Alexandro Aph. —— V. eiusdem Bibl. anatomicam, T. I. p. 109 sqq., et Bibl. botan., T. I. p. 121.

# ALEXANDER Ephesius s. Lychnus.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 454; *ed. n.* T. IV. p. 90.

## I. *Textus Fragmenti.*

1675, 8. Alexandri Ephesii carminis astronomici fragmentum edid. Th. Gale. —— *V.* in eiusdem Hist. poet. Scriptt. antiq., adiecta Parthenii editioni in Addendis, p. 49 sqq. Hoc fragmentum tanquam *Alexandri* Aetoli circumfertur, sed ut *Naeke* demonstravit, non *Aetolo* illud sed *Ephesio* vindicandum est: *Schneider* vero, quod miramur, nihil de hac re statuit.

1808, 8 mai. Alexandri fragmentum, graece cum notis criticis edid. I. G. Schneider. —— V. in eiusd. Commentariis ad Vitruvium, T. II. p. 23 sqq. *Schneider* tanquam ineditum, ex *Hug. Grotii* apographo codicis Vossiani, inscius iam a *Grotio* ante editum hoc fragmentum esse, protulit.

## II. *Illustrantia Alexandrum scripta.*

A. Ferd. *Naeke*: De genuino auctore fragmenti, quod Alexandro Aetolo addicunt. —— V. eiusdem Schedas criticas. (Hl. Sax., 1812, 4) p. 7 sq. Eripuit contra *Fabricium*, qui Aetolo tribuit, disputantem, Alexandro Aetolo ut Ephesio vindicaret hoc fragmentum.

# ALEXANDER Magn

Fabr. B. Gr. T. I. p. 683; *ed.* p. 27 sqq.

## I. *Textus editio*

1499, 4. Alexandri M. Epi vis ad Aristotelem, Graece. — lectione *Aldi Manutii* Epistolar carum. Vt., Aldus. Extat ib. i stolas Aristotelis.

1606, f. — gr. et lat. —— l Collectione epistolarum graecaru

1615, 4. —— *V.* infra Aris epistolas. Lubecae, Albinus.

## II. *Editiones versi*

### Aa) *plures epistolae iun*

1554, 12. Alexandri epist latine. —— In *Gilb. Cognati* Epistolarum Laconicarum. (Bs.) p. et in *I. Buchleri a Gladbach* Epistolarum laconicar. (Cl., 1 p. 611 sqq.

1574, 8. Alexandri M. epistol Latine. —— Inter Epistolas l mundi, Regum, Principum *etc.* ( *Argentinae*, 1593, 8. Habentur a *nesio* in epistola XXXVIII. p. 312 posititiis.

### Bb) *epistola una.*

*α) Sine l. et a. notiti*

—, 4. Alexandri Magni Epi situ Indiae, cui adiecta aliquot l linei Catalan. Aenigmata.

*β) Cum a. et l. notati*

1499, 8. Alexandri Magni Epi situ et mirabilibus Indiae, latine prete Jacobo Catalanensi. Venet Est ex collectione epistolarum h. a., ut *Panzer* in Annal. T. III. no. 468 adnotat. Apud *Hain* in Bibliogr. huius editionis notitian desideravi. *Ernesti* in *Fabricii* Bi T. I. p. 117 genuinam esse hanc lam negat, et recte quidem.

1501, 8. — Bononiae.

1516, 8. —— *V.* Aristotelis Secretorum, latine. Bononiae, B Hector.

1520, — 1537, 8. — Parisiis Deinde ad calcem quarumdam edi *Curtii Rufi.*

1706, 8. Alexandri Magni epis Situ Indiae et Itineribus in ea v ad Aristotelem, praeceptorem suu

scripta. Ex interpretatione Cornelii Nepotis nunc denuo recensita, et animadvv. novis hinc inde inspersis, epitaph. Alexandri M. addito etc. cura Andr. Paulini: Giessae. —— 10 *Gr.* Nec de auctore, neque de interprete, qui plerumque *Cornelius Nepos* putatur, dubitat. Maxime usui scholae Darmstadiensis destinavit.

## ALEXANDER Numenius.

### I. *Editiones textus.*

1508, f. *Αλεξανδρου περι των της διανοιας σχηματων και περι των της λεξεως σχηματων.* —— Inter *Aldi Manutii* Rhetores graecos. (Venetiis in aedibus. Aldi. mense Novembris M. D. VIII.) p. 574—593.

(1690,) 8. *ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ Περι των της Διανοιας σχηματων. Και περι των της λεξεως σχηματων. α. β. ΦΟΙΒΑΜΜΩΝΟΣ Σχολια περι σχηματων Ρητορικων. α. β. ΜΙΝΟΥΚΙΑΝΟΥ Περι ἐπιχειρηματων.* Interprete Laurentio Normanno. Qui et Rhetores ipsos, Quâ ex ingenio, Quâ investigatis Auctorum testimoniis, Locis innumeris, Meliores, ornatioresque Facere conatus est. Upsalae, Excudit Henricus Keyser S. R. M. et Academiae Typographus. —— Sine *a.* prodiit. 3 *ff.* praefixa, a p. 1 usque ad p. 164 contextus cum versione latina e regione posita, a p. 165—194 notae, a p. 195—201 habetur *Πιναξ*, denique 3 pp. Errata. Bibl. sen. Lips. *V.* infra Alexander *Rhetor.*

### II. *Editiones versionum.*

1557, 8. Alexandri Sophistae de figuris sententiarum ac elocvtionvm. Natale de Comitibus Venet. interprete. Venetiis.

### III. *Illustrantia Alexandrum scripta.*

Ch. *Walz:* Animadversiones ad Alexandrum de Figuris. —— In eiusdem Epistola Critica ad I. F. Boissonade *etc.* (Stuttgardiae in libraria Loefflundiana. 1831, 8) p. 46—49.

## ALEXANDER Rhetor.

1508, f. Alexandri Rhetoris *περι επιταφιου* Commentatio. —— Inter *Aldi Manutii* Rhetores graecos, p. 610 sqq. Rep. 1831.

1831, 8 mai. Alexandri Rhetoris *περι επιταφιου* Commentatio, post Aldum nunc primum edita ab Ant. Westermann. —— In eiusd. diss. inscripta: De Epitaphio atque erotico Demosthenis, sive Part. II. Quaest. Demosthen. (Lps., Barth.) in Epimetro, p. 85—90. Hoc *Alexandri* hic exhibitum fragmentum desumptum est ex libello *Μενανδρου ῥητορος περι των ἐπιδεικτικων* inter *Aldi Manutii* Rhetores graecos, T. I. p. 594—641. *Valesius* enim primus in Emendatt. I. 24, p. 627, duo scripta hic, videl. *Menandri περι των ἐπιδεικτικων* et *Alexandri* de eadem re commixta a librariis esse exposuit, eiusdemque Alexandri tractatum in Aldina editione p. 610 vers. 5 verbis: *ὁ Ἀλεξανδρος φησιν* incipere exposuit. Illi quoque *Heeren* in praefatione ad *Menandri librum de encomiis* adsentitur, eademque mente illam in Aldina editione p. 610—641 lectam, iam a *Valesio* notatam, particulam omittit. *Valesius* quoque in Emendatt. I. 28. illum Alexandrum cognomine Numenium, qui regnante imperatore Hadriano vixit, prorsus ab hoc Alexandro cognominato rhetore diversum fuisse, hunc vero exeunte saeculo tertio, vel ineunte quarto vixisse, quia Philostratum et Callinicum commemoraverit, demonstravit. Haec mecum Westermann amicissime communicavit, quod ingenue fateor. *Valesius* praeterea multa Alexandri loca in Emendatt. I. 23 sqq. emendavit; nonnulla quoque *I. H. Leich.* in Diatribe in Photii Bibliothecam (Lps., 1748, 4) p. XXVIII sq.

## ALEXANDER Trallianus.

Fabr. B. Gr. T. XII. p. 593 sqq.

### I. *Editiones textus graeci.*

#### 1) Therapeutica.

1548, f. *ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΤΡΑΛΛΙΑΝΟΥ ΙΑΤΡΟΥ ΒΙΒΛΙΑ ΔΥΟ ΚΑΙ ΔΕΚΑ. — Ραζη λογος περι λοιμικης ἀπο της συρων Διαλεκτου ἐξελληνισθεις.* Alexandri Tralliani Medici Lib. XII. Rhazae de Pestilentia libellvs ex Syrorum lingua in Graecam translatus, Jac. Goupyli in eosdem castigationes. Ex Bibliotheca Regia. Lutetiae, ex offic. Rob. Stephani, typis regiis. —— 4 *ff.* praefixa, 259 pp. contextum graecum, et 39 pp. castigationes complectentes. Editio pr., rarissima et sane bella editio. Bibl. acad. et sen. Lips. 5 *Th.* 12 *Gr.*

1556, 8. Alexandri Tralliani Medici libri duodecim, graeci et latini, multo quam antea auctiores et integriores:

Joanne Gvinterio Andernaco interprete, et emendatore. Adiectae sunt per eundem uariae exemplarium lectionis Observationes, cum Iacobi Goupyli Castigationibus. Accessit etiam rerum et uerborum toto opere memorabilium Index. Cum Caes. Maiest. et Gallicarum regis gratia et privilegio. Basileae, per Henricum Petrum. —— 12 *ff.* praefixa, 781 pp. contextus graecus cum interpretatione latina, duabus columnis e regione posita; inde usque ad p. 858 observationes in titulo commemoratae habentur; deinde sequitur 1 *f.* in cuius pag. recta: Basileae per Henricum Petrvm, anno Christi M.D.LVI, Mense Augusto. Auctior emendatiorque ex codd. mstis priore, ut colligi potest ex hoc praefationis loco: „En habes, C. L. Alexandrum ex variorum codicum collatione summa fide & diligentia auctiorem quam antea, & castigatiorem. Nam cum primum in latinam orationem illum converterem, multa in graeco exemplari loca tum vitiata, tum mutila deprehendi: quae antea nemo, quod sciam, animadverterat, quanquam J. Goupylus.... egregiam in eo operam prima Graeci codicis editione praestiterit. Quod in ea reliquum adhuc erat depravatum, omissum, alienoque loco positum, nos meliorum exemplarium adiumento resarcire, & reponere studuimus." Bibl. sen. Lips. 3 *Th.*

## 2) Epistola.

1570, 8. Ἀλέξανδρος περὶ σκωλήκων. Alexandri Epistola de Lumbricis, Graece et Latine, Hi. Mercuriali interprete. —— Ad calcem eiusdem Variarum Lectionum. Vt., et recus. *ib.*, 1644, f., et ad calcem libri eiusdem De Morbis puerorum. *Frcf.* 1584, 8; et in *Fabricii* B. Gr. T. XII. p. 602 sqq. *Mercurialis* e cod. Msto Vatic. hanc epistolam edidit.

## II *Editiones versionum.*

### A. latinarum.

### Aa) *Integra therapeutica.*

1549, 8. — latine vers. per I. Guinterium. Arg., apud Remig. Guidonem. —— Ad editionem pr. parata versio. Adiunctus est quoque *Rhazae* de pestilentia liber. Rep. 1555 sqq.

1555, 8. Alexandri Tralliani Medici libri XII, Rhazae de pestilentia liber. Omnes nunc primum de Graeco accurate conversi, multisque in locis restit. et emendati per J. Guinterium. Vt., apud Hi. Scotum. —— 1 *Th.* 12 *Gr.* *V.* 1549.

1560, 12. — per I. Guinterium. Lgd., ap. At. Vincentium.

1567, f. Alexandri, Tralliani, Therapeutica, Latine, I. Guinterio, Andernaco interprete. —— *V.* in *H. Stephani* Artis Medicae Principibus. (Paris.) T. I.

1570, 8. — Arg. —— Dubitatur.

1576, 12. ALEXANDRI Tralliani Medici libri Duodecim, IOANNE GVINTERIO Andernaco interprete et emendatore. — Nunc demum IOANNIS MOLINAEI D. M. doctissimis annotationibus illustrati, multisque in locis suo nitori restituti. Cum indice rerum et verborum locupletissimo. — LVGDVNI, Apud Antonium de Harsy, 1576. *In calce:* Lugdvni Excvdebat Ioannes Quadratus, 1575. —— 804 pp., 12 *ff.* complect.: Rervm et Verborvm Praecipve Memorabilium, quae in Alexandro Tralliano continentur, Index., et 2 *ff.* vacant. Ex hac duplice anni notitia nonnulli duas editiones fecerunt, ut *Choulant* in *Bücherkunde f. ältere Medicin* (Lpz., 1828, 8) p. 86, ubi editionem a. 1575 dubitat, et certam habet editionem a. 1576. Bibl. sen. Lips.

1772, 8. — ex vers. I. Giunteri, recs. et praefatus est Alb. de Haller. —— In eiusd. collectione inscr.: Principes artis medicae. (Lausannae.) Vol. VI. Ex editione a. 1556. Rep. 1787.

1787, 8. — *Ib.* —— In edit. II. *Principum medicae artis*, T. VI.

### Bb) *Manca interpretatio.*

1504, 4. Alexandri yatros practica cum expositione glose (?) interlinearis Jacobi de Partibus et (*Simon.*) Januensis in margine posite. Lugd., impr. per Fr. Fradin. —— Barbara mancaque conversio, quae est a. 1520 rep.

1520, 8. — Papiae.

1522, f. Practica Alexandri Yatros Illustris Grecorum Medici approbatissima. cum optimis declarationibus Jacobi de partibus et Simonis Januensis in margine condecenter situatis: nouiter impressa et ab omni errore purgata. Ad laudem altissimi qui in omnibus sit benedictus Amen .✝. *In fine f.* 51 *b:* FINIS. — Practica Alexandri Yatros greci cum expositione glose (?) interliniaris (?) Magistri Jacobi de partibus: necnon Januensis in margine additis finit. Venetijs

cum omni diligentia impressa heredum nobilis uiri. q. domini Octauiani Scoti ciuis Wodoetiensis: ac sociorum. Anno a natiuitate dñi. 1522. Die. 16. mensis Januarij. — Registrum ✝ a b c d e f g ✝ duernus. f g Terni. Alij Quaterni. —— 4 non num. *ff.*, 51 num. *ff.* coñversio, impressa duabus columnis. Bibl. acad. Lips. *V.* 1504.

B. gallicarum.

1557, 8. Le 11me livre d'Alexandre Trall., trad. par Seb. Colin. Poitiers.

## III. *Illustrantia Alexandrum scripta.*

Alb. *de Haller:* De Alexandro Trall. —— *V.* in eiusdem Bibl. botanica. T. I. p. 160 sq.

— —: De Alexandro Tralliano, medico. —— *V.* ad Boerhavii Methodum studii medic. p. 580 et 831 sqq.

J. *Freind:* On Alexander Trall. —— *V.* eiusd. Histor. Medicin. p. 157 sqq.

Edw. *Milward:* Trallianus reviviscens or an Account of Alexander Trallian, one of the Greek Writers that flourish'd after Galen. Ld., Gyles. —— Epitome Alexandri apologetica.

Albanus *Torinus:* Paraphrasis in libros omnes Alexandri Tralliani — super singularum humani corporis partium a summo vertice ad imam usque plantam, morborum ac febrium causis, signis, remediisque tum communibus, tum propriis, recens in lucem, quam castigatissime editae Albano Torino autore. *Dioclis Carystii* — de tuenda sanitate ad Antigonum regem, libellus vere aureus, Albino Torino interprete. Basileae, excudebat Henr. Petrus. Anno M. D. XXXIII. —— Ad versionem lat. primam est facta, repetitaque *ib.*, 1541, *f.*

# ALEXANDRIDES v. ANAXANDRIDES.

# ALEXIS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 736 sqq.; *ed. n.* T. II. p. 406 sqq.

## I. *Collectiones fragmentorum.*

1553, 8. Alexidis fragmenta nonnulla collecta. —— In Sententiis comicorum veterum graec. (P., ap. Gu. Morel.) p. 129.

1569, 12. Fragmenta nonnulla Alexidis. —— *V.* in *H. Stephani* Sententiis in Comicorum XXX Graecorum p. 4 sq., et p. 453. Rep. 1579.

1579, 8. — gr. et latine duplici versione. —— *Ib.* duplici lat. Metaphrasi aucta per Ch. Egenolphum. Frcf.

1616, 8. Alexidis fragmenta multo plura quam ante collecta, gr. et lat. —— In *Iac. Hertelii* Bibl. vetustissimorum Comicorum. (Veronae.) p. 394 sqq.

1626, 4. Excerpta ex Alexide, gr. et lat. —— In *Hug. Grotii* Excerptis ex Tragoed. et Comoed. Graecis (P.) p. 556 sq.

1635 sqq., 8. Alexidis Fragmenta quaedam, gr. et Lat. —— Inter *Wintertonii* Poetas Graecos minores. (Cbr.) p. 524 sqq.

## II. *Illustrantia Alexidin scripta.*

F. Iac. *Bast:* Alexis, comicus, explicatus. —— In eiusdem Epistola crit. (Lps., Weidmann. 1809, 8) p. 195.

H. Fynes *Clinton:* On Alexis. —— *V.* eius Fastos Hellenicos, (Ox., 1824, 4 mai.; rep. *ib.*, 1827, 4 mai.; latine per *Krügerum*, Lps., 1829, 4 mai.) pluribus in locis.

C. G. A. *Erfurdt:* Observationes criticae in Alexidis fragmenta ab Athenaeo servata. —— *V.* in eiusdem Observationibus criticis maxime in Athenaei Deipnosophistas, insertis in Königsberger Archiv für Philosophie *etc.* (Königsb., Nicolovius. 1812, 8.) no. XXII. p. 426 sq., 428, 434, 435 sq., 438, 440, 442, 449, 450 sq., 451, 456, 463.

F. *Jacobs:* Observationes criticae et exegeticae in Alexidis fragmenta apud Athenaeum. —— *V.* eiusdem Additamenta animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., Frommann. 1809, 8) p. 14 sq., 24, 26, 38, 49, 50 bis, 56, 69, 93, 102, 103, 104, 111, 126, 131 bis, 132, 139, 142, 148, 150, 156, 173, 176, 180 bis, 183, 196 bis, 197, 204, 205, 207, 227, 229, 230, 234, 235 bis, 236, 239, 260, 281, 295, 297, 298, 301, 338, 341, 343 sq., apud Ioannem *Stobaeum* LXI. p. 387. 36, p. 180.

A. *Meineke:* De Alexide. —— In eiusdem Quaestionum scenicarum Spec. III. (Brl., typis Nietackii. 1830, 4.) p. 27 — 41.

I. *Meursius:* Tituli cxiii superstites Alexidis comoediarum. —— *V.* eiusdem *Bibl. Graecam*, p. 1210 sq.

## ALLATIUS.

Fabr. B. Gr. T. VI. p. 689 sqq.; *ed. n.* T. VIII. p. 99 sqq., et T. IV. p. 662 sq.

1641, 8. Excerpta Varia Graecorum Sophistarum ac Rhetorum — *Heracliti*, *Libanii* Antiocheni, *Nicephori* Basiliacae, *Severi* Alexandrini, Adriani Tyrii, *Ioannis* Porphyrogennetae, *Theodori* Cynopolitae, [*Anonymi* de certaminibus Herculis, *Callinici* Sophistae ex antiquitatibus Romanis, *Leonis* Philos., *Anonymi* de Incredibilibus,] et aliorum. Ex primo Tomo nondum edito Variorum Antiquorum Leonis Allatii. Nunc pr. ab eodem Allatio vulgata, et Latine reddita. R., excudebat Mascardus MDCXLI. —— 24 ff. praefixa, 400 pp. duabus columnis impressae, ubi contextui e regione est posita interpretatio latina. Bibl. acad. et sen. Lips.

---

1653, 8. Leonis Allatii Σύμμικτα, s. Opusculorum graecorum et latinorum, Vetustissimorum ac Recentiorum libri dvo. Edente, nonnullis additis, Bartoldo Nihvsio. Syllabus omnium subjicitur sequenti Dedicatoriam Praefatiunculae. Cl. Agripp. CIↃIↃCLIII. —— 16 *ff.*, 302, 458 pp., et 3 *ff.* Corrigenda. Bibl. acad. et sen. Lips. Rep. 1733.

1733, f. — Venetiis, ex typographia Bartholomaei Iauarina. —— Est in Corpore historiae Byzantinae ed. Venet. Vol. XXIII.

## ALYPIUS.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 263 sq.; *ed. n.* T. III. p. 646 sqq.

### I. *Editiones textus.*

#### Aa) *Integra introductio.*

1616, 4. Ἀλυπίου εἰσαγωγὴ μουσική. Alypii Introductio Musica, graece primum edid. et notis illustravit I. Meursius. —— Cum Aristoxeno, et Nicomacho. LB., Elzevir. Ex codice *Ios. Scaligeri*, sed non satis diligenter descripta est.

1652, 4. Alypii Introductio Musica, Graece, cum Marci Meibomii versione Latina et Notis. —— Inter *Meibomii* Antiquae Musicae Auctores. T. I. Adhibitis Bodleiani, Barocciani, Barberini et Seldeniani codicum subsidiis, emendatius, quam ante prodiit, notisque musicis veterum subiunctis, edidit.

#### Bb) *Excerpta.*

1650, f. Excerpta ex Alypii Introductione musica, cum *Alypii* tabula veterum notarum musicarum, edid. Athanas. Kircherus. —— In libro VII. Musurgiae, editae Romae. Vitiosissime tamen tabula notarum, ex codice, quem *Kircherus* adhibuit, est expressa, quod *Marcus Meibomius* testatur.

### II. *Illustrantia Alypium scripta.*

*de la Borde:* Sur Alypius, musicien ancien. —— *V.* eius Essai sur la Musique ancienne et moderne, T. III. p. 133.

*Forkel:* Ueber Alypius. —— In eiusd. Litteratur der Musik. p. 48 sq.

## AMIPSIAS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 739; *ed. n.* T II. p. 409 sq.

### I. *Fragmenta.*

1830, 8 mai. Amipsiae versus a Diogene Laertio, II. 28 laudatos, emendatiores edid. Gf. Herman. —— *V.* in eiusd. editione secunda *Aristophanis* Nubium.

### II. *Illustrantia Amipsiam scripta.*

F. *Jacobs:* Amipsiae loca tentantur, emendantur et explicantur. —— *V.* eiusdem Additamenta animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., Frommann. 1809, 8 mai.) p. 179, et p. 249 sq.

A. *Meineke:* De Amipsia, veteris Comoediae poeta. —— *V.* in eiusdem Quaestionum Scenicarum spec. II. (Brl., 1827, 4 mai.) p. 42 — 45. Nonnulla fragmenta ib. tractantur.

## AMMONIUS Alexandrinus.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 173 sqq., *ed. n.* T. V. p. 715 sqq.

### I. *Editiones textus.*

1497, f. Ammonius de differentia dictionum per literarum ordinem. —— In Dictionario graeco. Venetiis in aedibus Aldi Manutii. MIIID. Rep. 1524. Editionum vero Ammonii tres classes constituuntur, Aldina, Stephaniana et Valckenariana. Prae omnibus magni habet *Valckenarius* Aldinam primam editionem, a

qua tamen posteriores editores prava sedulitate sine ulla auctoritate recesserunt. Bibl. acad. et sen. Lips.

1510, f. Ammonii Liber de Differentia plurimarum dictionum, *Graece.* —— *V.* in Thesauro Dictionum Graecarum. Ferrariae, per Ioannem Maciochium Bondenum. Ad Quintū Calendas Octobris. M. D. X. a *f.* 193 (*sign.* K i) ad *f.* 209 *b.* Bibl. acad. Lips.

1512, f. —— In Lexico graecolatino multis et preclaris additionibus, in cuius fine: Praeclaro huic & laborioso Operi suprema imposita est manus industria & impendio probi viri Aegidii Gourmontii: Bibliopolae Parisiensis Millesimo Quingentesimo duodecimo ad Eidus Decembres Lutetiae Parisiorum. *in Sectione II.* a *sign. A* ad *P ι ι b.* Bibl. acad. Lips. *Valckenarius* hanc editionem non noverat.

1519, f. —— In Dictionario graeco, ultra ferrariensem aeditionem locupletata locis infinitis, idq; ex optimis autoribus, *etc.* (Basileae. an. M. D. XIX.) *Sect.* II. *f.* 9 *b* ad *f.* 23 *b.* Bibl. acad. Lips.

1521, f. —— Ad calcem Lexici graeci, quod *Nic. Beraldus* edid. Paris.

1522, f. —— In Lexico graeco. Bs. typis Valentini Curionis.

1524, f. Ammonius de similibus & differentibus dictionibus, gr. et lat. —— Adiect. Dictionario graeco cum interpretatione latina. Venetiis, in aedibus Aldi et Andreae Asulani Soceri. *V.* 1497.

1525, f. —— In Dictionario Graeco, in cuius fine: „Melchior Sessa et Petrus de Ravanis socii quam diligentissime imprimendum curaverunt. Venetiis MDXXV. Die XXIIII. Decembris.“

1525, f. —— In Dictionario Graeco. Bs.

1530, f. *Αμμονιου περι ὁμοιων και διαφορων λεξεων.* —— In Adpendice Lexici graecolatini. Imprimi curabat Gerardus Morrhius Campensis. Parisiis apud Collegium Sorbonae. Anno a Christi natiuitāte M. D. XXX. mense Februario. *Bibl. acad. Lips.* Vitiose impressum.

1532, f. —— *Ib.* Bs.

1541, f. —— In *Hi. Curionis* Lexico Graeco. Bs.

1548, f. —— In eodem lexico Cura *Cn. Gesneri* edito. Bs.

1552, f. —— Subiect. Lexico Graeco a Iac. Tusano curato. Paris. Correctior quam ante.

1553, f. —— *Ib.* a I. Frellonio parato. Lgd. Omnibus ante Stephanianam editionibus, excepta Aldina prima, praeferenda.

1554, f. —— *Ib.* Bs.

1572, f. — graece. —— In Adpendice ad *H. Stephani* Thesauro Graecae Linguae, col. 45 sqq. Ab Aldina quam longissime recedit. *V.* 1826.

1600, f. — multis locis correctior, e rec. Stephani et cum notis edid. Bonavent. Vulcanius. —— In Thesauro utriusque linguae. (LB.) col. 763 sqq., et ad calcem notae col. 107 sqq. Ex hac, sed multo auctior, est repetita in nova Stephaniani Thesauri editione.

1615, f. *Αμμονιου περι ὁμοιων και διαφορων λεξεων.* Ammonij de similibus & differentibus vocabulis libellus. *Graece.* —— In Appendice Scapulae lexici. (Bs) p. 46 sqq. Iam ante excusus est hic libellus in prioribus Scapulae Lexici editionibus primum 1578 *ib.*

1628, f. —— In *I. Scapulae* Lexico Graeco. Bs.

1665, f. —— Ad calcem Lexici *Scapulae. Bs.* Saepius est repetitum.

1694, 8. —— In libello inscripto: *Σταχιολογια τεχνολογικη.* Vt.

1739, 4. *ΑΜΜΟΝΙΟΥ περι Ὁμοιων και Διαφορων λεξεων.* Ammonius de adfinium vocabulorum differentia: Accedunt Opuscula nondum edita, Eranius Philo de differentia significationis; Lesbonax de figuris grammaticis; Incerti scriptoris de soloecismo et barbarismo; Lexicon de spiritibus dictionum ex operibus Tryphonis, Choerobosci, Theodoriti etc. selectum. Ammonium ope Mss. primae editionis Aldinae et aliunde emaculavit et notis illustravit; reliqua ex codd. Mss. bibliothecae Lugduno-Batavae nunc primum vulgavit Lud. Casp. Valckenaer. LB., apud I. Luzac. 1739. *Tit. vol. II. est:* Lud. Casp. Valckenarii Animaduersionum ad Ammonium Grammaticum Libri III, in quibus veterum Scriptorum loca tentantur et emendantur. Accedit Specimen Scholiorum ad Homerum ineditorum ex Codice Vossiano Bibliothecae Lugduno-Batavae. *Ib.*, 1739. *Voll. II in I Vol.* —— XXXII, 263 pp.; 4 *ff.* praefixa, 249 pp., 6 *ff.* index, et 1 vac. *f.* 4 *Th.* 12 *Gr.* *V.* quoque s. v. *Aelius* Herodianus. Iterata est 1822 auctior. Bibl. acad. Lips.

1787, 8. Ammonius de adfinium vocabulorum differentia, cum selectis Lud. Casp. Valckenarii notis atque animadversionibus edid. suasq. observationes adiecit Cph. F. Ammon. Erl., Palm. —— LXXII, 308 pp. 1 *Th.* 4 *Gr.*, ch. scr.

1 *Th.* 12 *Gr.* Acute ingenioseque agit *Ammonius* in praefatione, saepe *Valckenario* refutato, de hoc Ammonio aliisque huius nominis, de eius aetate *etc.* Contextus est nonnullis locis mutatus.

1820, f. —— In Lexico Scapulae. Oxon. Quod hic novi datur, receptum est in Lond. edit. Stephaniani Thesauri.

1822, 8 mai. — Nova editio correctior et appendice notarum inprimis e schedis L. Kulenkampii depromptarum Caroliqne Segaarii epistola crit. aucta. Lps., Weigel. —— LVI, 226, 224 pp. 2 *Th.* 12 *Gr.* Diligenter et auctius est repetita ex editione a. 1739. Quae hic accesserunt, sunt 1) *Kulenkampii* in prioribus plagulis adnotata msta; 2) Ex eiusdem schedis depromptum ditissimum Epimetron notarum et excerptorum ad λέξεις διαφορους spectantium; 3) *Valckenarii* Animadversiones, et de Scholiis ad Hom. ineditis; 4) *C. Segaarii* epist. crit. ad Valckenarium *etc.* (*V.* infra) et 5) Additamenta aliquot ex Segaarii Observationibus philol. et theolog. in Evang. Lucae capita IX priora.

1826, f. —— Cum notis priorum editorum iisque quas ed. a. 1822 continet, et quas Scapulae Lexicon Oxon. 1820 plus habet prioribus editionibus *v.* in Stephani Thesauro, edit. Londin. Tom. ult.

## II. *Editiones versionum.*

### gallicarum.

1824, 8. Traité des Synonymes et Homonymes grecs, traduit du Grec d'Ammonius; augmenté d'un grand nombre d'Articles, tirés de divers autres grammairiens Grecs; par A. Pillon. Paris, Mazé. —— XVI, 147 pp. 2 *fr.* Non laudatur in Annal. Heidelberg. 1825, fasc. V. p. 510 sq.

## III. *Illustrantia Ammonium scripta.*

Cph. F. ***Ammon***: Animadversionum in quaedam Ammonii grammatici loca Spicilegium, praemissa brevi de vita eius disquisitione. Praeside Cph. Thph. Harles. Erl., 1786, 4. —— 16 pp.

I. ***Pearson***: Suppleta duo loca Ammonii ex codicis regis Angliae. —— In eiusdem *Vindiciarum Ignatii* Parte II. p. 151.

M. D. ***Peucer***: Commentarius differentium apud Graecos vocum, potissimum ex Ammonio, Lesbonacte et Philopono collectus. Praemissa est diss. de usu differentium apud Graecos vocum in Theologia. Dresdae, 1749, 8 mai.

Zach. ***Plantini*** Coniecturarum in textum Ammonii graecum breve Spec. —— *V.* in Actis Litterariis Sueciae. (1723) p. 432.

C. ***Segaarii*** Epist. crit. ad Valckenarium complectens Collationem Msti Etymologici Trajectini cum Ammonio et cum Etymologico M., quod ad Excerpta, quae habet, ex Dictionario ecclesiastico. Trj. ad Rh., Poolsum. Paddenburg. 1766, 8. —— 44 pp. Rep. est in ed. nova a. 1822.

L. Csp. ***Valckenarii*** Animadvv. —— *V.* antea *I.* s. a. 1739, et inest editioni a. 1822.

— —: Animadversiones in Ammonium, *etc.* —— in Actis Literariis Soc. Rhen. Trajectinae, T. II. p. 164 sqq.

***Villoison***: Notae in Ammonium. —— *V.* in eiusd. *Epistolis Vinariensibus.*

# AMMONIUS Alexandrinus.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 159 et 179; *ed. n.* T. IV. p. 880 sq.

## I. *Editiones versionum.*

### A. latinarum.

1523, 4. Evangelicae historiae ex quatuor Euangelistis perpetuo tenore continuata narratio, ex *Ammonii* Alexandrini fragmentis quibusdam, e Graeco per Ottomarum Luscinium uersa, qua et tedio sacre lectionis studiosorum succurritur, et ordine pulcherrimo mire iuuatur memoria. *Gregorii* Episcopi Nazianzeni miracula secundum Matthaeum, carmine graeco, cum translatione latina. Parabolae enigmata. Miracula secundum Iohannem. Secundum Lucam, secundum Marcum Parabolae quatuor Euangelistarum. *In calce:* Augustae Vindelicorum, per Simpertum Ruff, Expensis Do. Sigis. Grim, Men. Nouembri An. M. D. XXIII. *Infra symb. typogr.* —— Haec harmonia evangelica quamquam sub *Ammonii* nomine circumlata, ei abiudicatur, ut ab *Hambergero* in Zuverläss. Nachrichten, T. II. p. 563. *V.* 1544.

1528, f. —— In Orthodoxographis. Bs.

1544, 8. — ex Luscinii vers., recognita per Csp. Brusch. Erf.

1550, f. Evangelicae historiae ex quatuor Evangelistis, perpetuo tenore continuata narratio ex Ammonij Alexandrini

fragmentis quibusdam, è Graeco per Ottomarum Luscinium versa. —— In *Μικροπεσβυτικον* (Bs.) p. 615 sqq.

1555, f. —— In Orthodoxographis (Bs.) p. 221—271.

1569. f. — latine, Ottomaro Luscinio interprete. —— *V.* inter Monumenta PP. Orthodoxographa (Bs.) Vol. I. T. II. p. 747—793.

1618, f. — eodem interprete. —— In Bibl. PP. Colon. T. III. p. 22 sqq.

1677, f. — eodem interprete. —— In Bibl. Max. Patrum Lugdunens., T. III. p. 265—299.

---

1524, 8. Quatuor Evangeliorvm Consonantia, ab Ammonio Alexandrino congesta, ac a Victore Capvano Episcopo translata. Moguntiae. *In fine:* Moguntiae in aedibus Ioannis Schoeffer Anno Salvtis M. D. XXIIII. mense Febrvario. —— 8 *ff.* praefixa, 300 pp, et 18 *ff.* ad calcem. Bibl. acad. Lips. *Capuanus* falso hanc prorsus aliam ac priorem harmoniam evangelicam Tatiano adscripsit, et sub eiusdem nomine edidit, ubi *v.*

1532, 8. Quatuor Evangeliorum consonantia ab Ammonio Alexandrino congesta, ac a Victore Capuano Episcopo translata. Cl. —— Cum praefat. *Mich. Memleri.*

1569, f. — eodem interprete. —— In Monumentis PP. orthodoxogr. (Bs.) Vol. I. T. II. p. 59 sqq. Exhibetur hic sub nomine Tatiani.

1677, f. — eodem interprete. —— In Bibl. PP. Max. Lugd. T. II. P. II. p. 203 sqq. De hac harmonia latine commentatus est *Zach. Chrysopolitanus*, T. XIX. Bibl. PP. Lugd.

1690, f. —— In Bibl. PP. (Lt.) T. VII. col. 26—109.

## B. germanicarum.

1524, 8. Evangelische History nach aller Ordnung, wie sie ergangen in ain red gestellt *etc.* Durch Othmarum Nachtgal verteutscht. Augspurg. —— Sic in Catal. Bibl. Bunav. T. III. Vol. I. p. 67.

## II. *Illustrantia Ammonium scripta.*

I. Alb. *Fabricius:* De Ammonio, eiusque harmonia evangelica. —— *V.* eius Codicem apocryphum Novi Test. p. 378 sq.

G. Csp. *Hamberger:* Ueber Ammonius. —— In eiusd. Zuverläss. Nachrichten, Vol. II. p. 562 sqq.

## AMMONIUS Hermeae.

Fabr. B. Gr. T. IV. p. 161 sqq.; *ed. n.* T. III. p. 161 et 461, T. V. p. 704 sqq.

## I. *Editiones textus.*

### Aa) *Omnium operum.*

1503, f. *ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΤΟΥ ΕΡΜΕΙΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ. — ΜΑΓΕΝΤΗΝΟΥ (!) ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΤΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΗΣ ΕΞΗΓΗΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΑΥΤΟ.* — AMMONII HERMEI COMMENTARIA IN LIBRVM PERI HERMENIAS. — MARGENTINI (*Magentini* ad praefationem) ARCHIEPISCOPI MITYLENENSIS IN EYNDEM ENARRATIO. *Infra Aldi symb. typogr. In calce f.* 80 *b*: Venetiis apud Aldum mense Ivnio. M. D. III. *F.* 81 (*sign.* M) *incipit: ΜΙΧΑΗΛΟΥ ΨΕΛΛΟΥ ΠΑΡΑΦΡΑΣΙΣ ΕΙΣ ΤΟ ΠΕΡΙ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.* *F.* 101 (*sign.* AA): *ΑΜΜΩΝΙΟΥ ΕΡΜΕΙΟΥ ΕΙΣ ΤΑΣ ΔΕΚΑ ΚΑΤΗΓΟΡΙΑΣ.* —— Quae duo opera titulo indicantur, 80 *ff.* complectuntur; *Psellus* 20 *ff.*, et *Ammonius in Decem Categorias*, ubi *sign.* nov. *AA—FFiii* incipiunt, 46 *ff.* implent. Praefigitur toti operi epistola superscripta: Aldus Pivs Manvtivs Ro. Alberto Pio Inclyto Carporvm Principi S. P. D. *in cuius fine:* Ven. xvi. cal. Nouemb. M. D. III. *Psellus* et *Ammonius in decem Categorias* sine titulo et subscriptione, tantumque in epistola dedicatoria indicati, non debent deesse exemplari integro, quod omnino animadvertendum. Ut autem ex citato epistolae loco apparet, hic liber ex Neacademia prodiit; ibi enim dicitur: „Si uerum illud est Alberte Princeps doctiss. quod uulgo dici assolet: deberi, quodcunq; promissum fuerit: debere me ingenue fateor in libros Aristotelis, commentarios ex neacademia nostra in manus studiosorum, et tuas praesertim emittere: quandoquidem id me persaepe recepi facturum." Sane bella exemplaria in bibl. acad. et sen. Lips. adservantur, quorum posteriori nonnulla adnotata sunt in margine. Non praetermittendum tamen, in msto aliquo bibliothecae Medic. hunc commentarium non *Ammonio*, sed *Philopono* tributum esse, *v. Bandini* Catal. T. III. p. 3. *Bessarion* contra in nota, quae est in msto eiusdem operum, adservato in Bibl. Marc. no. CCII., utrumque esse veros huius commentarii auctores negat. 18 *Th.*

1546, 8. Ammonii Hermiae in Qvinqve voces Porphyrii Commentarivs, Corre-

ctionibus quamplurimis, et locorum imaginibus illustratus. — Venetiis, apvd Aldi filios. M.D.XXXXVI. *Pertinet ad hunc*: Ammonii Hermiae in Praedicamenta Aristotelis Commentarivs. Aristotelis vita. — Venetiis. M.D.XLVI. *Et*: Ammonii Hermiae in Aristotelis de Interpretatione Librvm Commentarivs. — Venetiis, apvd Aldi filios. M.D.XXXXVI. —— Hae tres partes pertinent ad integrum exemplar, ut ex *sign.* apparet, 78, 152 et 188 *ff.* comprehendentes. Prodierunt studio et cura Pt. Rhosithnii, qui praemisit quoque priori parti praefationem. Exemplar ch. m. Bibl. Marc. Venetiae habet: *Pinelli* quoque commemorat simile „*exemplar mirae pulchritudinis*, *charta magna impressum*" in Catal. T. I. no. 1177, sed tantummodo sunt commentarii in Praedicamenta, ut vidi.

## Bb) *Separatim editorum operum.*

### 1) in quinque voces Porphyrii.

1500, f. *ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΕΙΣ ΤΑΣ ΠΕΝΤΕ ΦΩ || ΝΑΣ ΑΠΟ ΦΩΝΗΣ ΑΜ-ΜΩΝΙΟΥ || ΜΙΚΡΟΥ ΤΟΥ ΕΡΜΕΙΟΥ.* *Haec f. 2 a rubro impress. F. 1 vacat. F.* 378: *Ἐνετιησῃ ἐτυπωθη δαπανῃ του εὐγενους και δοκιμου ἀνδρος, κυριου Νικολαου βλαςου του κρητος· οὐκ ἀνευ μεντοι προνομιου. Ετει τῳ ἀπο της χριςου γηννησεως, χιλιοςῳ πεντακοσιοςῳ, σκιροφοριωνος ἐννατῃ φθινοντος. ἐπι ἀρχοντος Αὐγουςινου Βαρβαδικου του μεγαλοπρεπεστατου, την βασιλιδα των πολεων ταυτην εὐτυχως ἡνιοχουντος.* Sequitur 1 vac. *f.* —— 38 *ff.*, nec 36 ut alii indicant, 37 lin., et cum *sign.* *Aβ — E.* *Calliergus* impressit librum. Bibl. Sen. Lips. adservat duo exx., quorum uni variae lectiones sunt in margine manu adscriptae.

1545, 8. *Ἀμμωνιου του Ἑρμειου εἰς τας πεντε φωνας του Πορφυριου Ὑπομνημα.* Ammonii Hermiae in quinque voces Porphyrii Commentaria. *Graece.* Venetiis, per I. At. et Pt. fratres de Nicolinis de Sabio. —— Permutatur nonnunquam cum Aldina editione a. 1546, quam *v.* antea. Imprimi hanc curavit *I. Bn. Felicianus.* *V.* 2) 1545.

### 2) in Aristotelis praedicamenta.

1500, f. Ammonii Hypomnemata in Praedicabilia Aristotelis. *Graece.* —— Sine l. notitia.

1545, 8. *Ἀμμωνιου του Ἑρμειου εἰς τας του Ἀριστοτελους Κατηγοριας Ὑπομνημα.* Ammonii Commentaria in Aristotelis Praedicamenta, Graecè. Venetiis per Ioan. Ant. et Pe[...] Nicolinis de Sabio sur[...] Sessae, anno M.D.XLV[...] commentaria edidit *I. Bn.* [...] 1) 1545.

### 3) in Aristotelis de [...]

1658 (*nec* 1688), 8. [...] in libri Aristotelis de [...] ctionem II. Comme[...] Latine. —— Cum [...] bro de Fato. Ld.

1824, 8 mai. — [...] terprete Hug. Grot[...] edit. praeced. expr[...]

## II. *Edition*[...]

### A. [...]

#### Aa) *Omni*[...]

1555, f. Am[...] qvinqve vocibu[...] camenta et p[...] Pt. Rosetino.

1559, f. [...] Porphyrii in[...] tegorias, et [...] I. Bpt. Rasa[...]

1581, f. [...] taria in libr[...] cibus, et i[...] peri herm[...] collata et [...] Vt., ap. [...] 1559 alia [...] sed de e[...]

#### Bb) [...]

1) in [...]

1494. [...] ment[...] per [...] netii[...] 1[...] Por[...] ricu[...]

*atim edita.*

sabbatum.

te Achille Statio.

ntini versione. — s. T. IV., et in Sup-9) T. I. p. 726.

D. N. Iesu Christi.

tine. — Apud Surium, *Sanctorum* (Cl., Kreps.)

natalitia Christi.

latine. — In *Fr. Combe-*cionatoria. (P.)

vita Ephraemi.

sq., f. — lat. per Gerh. Vos- Ante eius versionem *Ephraemi*

*Illustrantia Amphilochium scripta.*

*ontfaucon*: De codice Amphilochii. *V.* in eiusd. Bibl. Coislin. p. 325—375. asim. *Oudini* Diss. de Operibus S. nphilochii, Iconiensis Episcopi nomine ipressis, quae omnia ad Amphilochium, hotii Patriarchae Constantinop. aequaem, Cicizi Metropolitam, spectare videntur. — *V.* in *Oudini* Commentario de Scriptor. Ecclesiast. T. III. p. 216—231, ed. Lips., 1722, *f.*

## AMPHIS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 739 sq.; *ed. n.* T. II. p. 410 sq.

### I. *Collectiones fragmentorum.*

1553, 8. Amphidis poetae comici fragmenta collecta, gr. et lat. cum notis. — In Sententiis vett. Comicorum ab H. Stephano collectis. Rep. *ib.*, 1569, 12. p. 12 sqq.

1561, 8. — In *Iac. Hertelii* Poetis gnomicis: qui saepe repetiti sunt, ut 1616 titulo: *Hertelii* Bibl. veterum Comicorum *Veronae.*

1626, 4. — Inter *Hug. Grotii* Excerpta veterum Comicorum, p. 517.

1635 sqq., 8. — In *Wintertonii* Collectione Poetarum minorum.

1784, 8. — In Ἠθικὴ ποίησις. Edidit Brunck. Arg. — Rep. 1817.

1815, 12. — In Poetis graecis gnomicis. (Lps., Tauchnitz.) p. 141.

studio R. P. Francisci Combefisii. P., apud Simeonem Piget, Viâ Iacobaeâ ad insigne Fontis. *Partt. II. in I. Vol.* —— Hic est titulus partis I.; partis II. est: „Sancti Patris nostri Andreae Archiepiscopi Cretensis cognomento Hierosolymitani Orationes, selectique Canones, & Triodia. R. P. Francisci Combefis, opera et studio, Latinè reddita, notisque illustrata, adiecto etiam peculiarium *Andreae* Vocum copioso Indice, ac ceu Onomastico. Parisiis, apud Simeonem Piget, 1644." Pars I. complectitur opera *Amphilochii* (a p. 1 — 236, et ad eum notas a p. 238 usque ad p. 282); deinde opera *Methodii* (a p. 283 usque ad 448, adiectis notis a p. 449 usque ad p. 474.) graece et latine duabus columnis impressa; haec sequuntur quatuor tabulae, duae quae ad Amphilochium, duaeque quae ad Methodium pertinent. Pars II. continet tantum opera *Andreae*, gr. et lat. duabus columnis impressa a p. 1 usque ad p. 337, quae sequuntur notae a p. 338 usque ad p. 374: has excipit Onomasticon a p. 373 usque ad p. 390, quod duae aliae tabulae sequuntur. *Amphilochii* autem opera, quae hic habentur, sunt: VIII homiliae; Iambi ad Seleucum; Sententiae et fragmenta Amphilochii; Vita et Miracula S. Basilii; de humana Christi natura, num propter unionem cum divina ubique sit praesens? fragmentum. Praeter ea scripsit haec, de non desperando; Vitam S. Ephraem Syri; Epistolam Synodicam. Accurate hanc editionem descripsit *Clement* in Bibliotheque curieuse, T. I. p. 282 sq. 8 *Th.*

1788, f. Amphilochii Opera et Fragmenta. —— In *Gallandii* Bibl. PP. T. VI. p. 463. Praecedunt eiusdem prolegomena.

## Bb) *Opera separatim edita.*

### 1) Iambi s. epistola ad Seleucum.

1609, 8. Amphilochii epistola, Graecè, nunc primum è veteri cod. Ms. in lucem prolata, & eodem genere carminis, Latinè reddita, brevibusque notis illustrata studio Ioachimi Zehneri. Schleusingae, Sb. Schmuccius. —— Sic Catal. de la Bibl. du *R. Theol.* T. I. p. 342. *Walch* in *Bibl. Patristica* (Jn., 1770, 8.) p. 305 adnotat: „Versus hos *Iac. Billius* ad Gregorium Nazianzenum referre mavult; coniectura autem, quam facit, levior est."

1644, 8. Amphilochii, episcopi Iconii, de recta studiorum ac vitae ratione, epistola ad Seleucum, versibus iambicis CCCXXXVI quasi quarto post natum christum seculo scripta: Conradi Rittershusii notis illustrata: tertium edita, curante et recensente Nicolao Rittershusio. Altorffi MDCXLIV.

1695, 4. Amphilochii de recta Studiorum ac Vitae ratione Epistola versibus Iambicis. Gr. et Lat. per At. Wernerum Cunonem, c. notis J. Billii et Fr. Combefisii. Magdeb. —— Haec editio in Catal. Upsal. (1814, 4.) T. I. p. 27 indicatur.

1740, 8. S. Amphilochii, Episcopi Iconens. Cappadociae, Mortvi a. CCCLXXXXV Epistola ad Seleυcvm de recta stvdiorum ac vitae ratione, versibus iambicis scripta, graeco latina. Interprete et editore a. CIↃIↃCLXXXXV. Antonio Wernero Cvnone, polyhistore olim et rectore Magdeburg., cum notationibus Iac. Billii et Franc. Combefisii. Addito Gregorii Nazianzeni Carmine XXXIII de libris biblicis, recvsa pro recitationibus pvblicis J. Balt. Bernholdi. Alt., in Scupfeliana officina A. G. R. CIↃIↃCCXXXX. —— Sine praefatione et notis *Bernholdi*. 3 *ff.* praefixa continent nonnulla de Amphilochio, eiusque epistolae rhetoricam analysin *Joachimi Zehneri.* A p. 1 usque ad p. 45 contextus graecus, cui e regione in altera pagina lat. versio exhibetur, p. 46 — 59 notae ad Amphilochium habentur. A p. 60 usque ad p. 65 Gregorii Naz. contextus et e regione conversio latina; p. 66 — 70 notae, p. 71 — 74: Scholion Theodori Balsamonis in carmen Gregor. Naz., graece et latine Gentiano Herveto interprete.

1753, f. — gr. et lat. —— Inter *Gregorii* Nazianz. Opera. (Vt., Zatta.) T. II. p. 190.

### 2) epistola synodica.

1681, 4. Amphilochii Epistola Synodica, Graece, cum Versione Latina et notis I. Bpt. Cotelerii. —— In *I. Bpt. Cotelerii* Monumentis Eccles. Graec. (Paris.) T. II. p. 99 — 104.

1715, f. —— In *I. Harduini* Collectione max. conciliorum. (Paris.) T. I. Ex *Cotelerii* Monumentis repetita est.

### 3) de non desperando.

1684, 4. Amphilochii de non desperando. Primum graece edid. et lat. versione donavit Pt. Possinus. —— In eiusdem *Thesauro ascetico.* (Paris.) p. 255 sq.

### 4) oratio in sabbatum.

—, f. Aristotelis de Rhetorica libri tres, interprete M. Anton. Maioragio, cum eiusdem explanationibus. Vt., ap.

Fr. Franciscium. —— Post a. 1689 impressus est.

*β) Cum l. et a. notitia.*

1478, f. Aristotelis Rhetoricorum Libri quinque ex interpretatione Georgii Trapezuntii. Venetiis M.CCCC.LXXVIII.

1481, f. Aristotelis Rhetorica ex Arabico Latine reddita, interprete Hermanno Alemanno, praemissa Alpharabii Declaratione super eadem Rhetorica. Excerptum ex Aristotelis Poetica, per eundem Hermannum de Averrois textu Arabico Latine redditum, ex recensione Lancilotti de Zerlis Veronensis. *In fine totius operis:* Venetiis impressum per magistrum Philippum Venetum: Anno salutis Millesimo quadringentesimo octuagesimo primo die uigesimo secundo mensis Iunii. Et totum quod est in rhetorica precedenti Aristotelis: et declaratione compendiosa alpharabii super dicta rehtorica (?) ad formam tamen tabulae clariori modo per excellentissimum correctorem reducta: et in presenti poetica dicti Aristotelis correctum fuit summa diligentia et ingenio. —— 63 *ff.* In titulo commemoratus *Hermannus Alemannus* fortasse est *de Schildis, Westphalo, Ord. Herem. S. Augustini.* In Bibl. Pinell. (Vt., 1787, 8 mai.) T. III. p. 3 sq. de hac editione adnotantur haec: „Bene rarus hic liber est, charactere Romano, duabusque, ut ajunt, columnis impressus; quem fuse descripsit Iacobus Maria Paitonius in opere inscripto *Nuove Memorie per servire all' Istoria Letteraria*, T. II. p. 68. Tribus idem partibus constat, quarum prima huiuscemodi titulum habet: „Declaratio compendiosa per uiam diuisionis alfarabii super libris rhetoricorum Aristotelis ad formam tamen clariorem et tabule reducta per infrascriptum d. correctorem.“ Hac vero absoluta, adjectum est: „Explicit compendiosa declaratio alpharabii tabulata et correcta una cum rethorica et poetria sequentibus Aristotelis per nobilem uirum et excellentissimum artium et medicine doctorem d. magistrum Lancillotum de Zerlis phisicum ueronensem magna cum difficultate propter penuriam exemplaris unius tantum et stilum ueterem in moderunm redactum.“ Secunda parte, quae nullum titulum fert, absoluta, haec leguntur: „Explicit rethorica aristotelis translata a greco in latinum.“ Deinde tertiae partis initio: „Inquit hermannus alemanus postquam cum non modico labore consumaueram translationem rethorice aristotelis ex arabico in latinum uolens manum mittere ad eius poetriam tantam inueni difficultatem propter disconvenientiam modi metrificandi in greco cum modo metrificandi in arabico et propter uocabulorum obscuritatem et plures alias causas quod non sum confisus me posse sane et integre illius operis translationem studiis tradere latinorum. Assumpsi ergo edictionem averois determinatiuam dicti operis aristotelis secundum quod ipse aliquid intelligibile eligere potuit: ab ipso et modo quo potui in eloquium redegi latinum. Suscipiant igitur si placet et huius edictionis poetrie translationem uiri studiosi et gaudeant secum ac adeptos loici negocii aristotilis complementum.“

1515, f. Aristotelis Rhetorica, Latine, cum Aegidii Romani commentariis. Vt. —— Sic in Catal. libror. impress. Mus. Brit. Vol. I. p. 94.

1523, f. — per G. Trapezuntium. Vt.

1530, 8. Aristotelis Rhetoricorum ad Theodecten libri tres, Latinè, Georgio Trapezuntio interprete; et Rhetorices ad Alexandrum liber unus, a Francisco Philelpho in Latinum versus. Paris., ap. Sim. Colinaeum.

1534, 8. Aristotelis Rhetoricorum ad Theodecten Libri tres a Georgio Trapezuntio translati. *In fine:* Basileae, In Officina Frobeniana per Hieronymum Frobenium et Nicolaum Episcopium. M. D. XXXIIII. —— Sic *Panzer* in Annal. T. XI. p. 385, no. 994, qui editionem vidit.

1540, 8. Aristotelis Rhetoricorum ad Theodecten, Georgio Trapezuntio interprete, libri tres; et eiusdem Rhetoricorum ad Alexandrum, Francisco Philelpho interprete, liber unus; nunc recens ad Graecam veritatem recogniti. Parisiis, ap. Sim. Colinaeum.

1544, 4. Rhetoricorvm Aristotelis libri tres, interprete hermolao Barbaro P. V. Commentaria in eosdem Danielis Barbari. — Pavli Gerardi Opera. Cavtvm est senatvs Veneti. Et Pauli. III. Pont. Max. nec non Caesaris Decreto, ne quis alius per Decennium hos Libros imprimat, aut impressos vendat. M. D. XXXXIIII. —— 4 *ff.* praefixa, implens epistola: Reverendissimo et illvstrissimo cardinali sanctorvm qvatvor antonio Pvccio Daniel. Barbarvs. S. D., 202 num. *ff.* cum *sign.*, et 2 non num. *ff.* contentorum registra complectentia, et 1 *f.:* Errata in pag. prima, in pag. versa: Registrvm. † A B C D E F G H I K L M

N O P Q R S T V X Y Z AA BB CC. — Omnes sunt Quaterni praeter † sunt Duerni. — Venetiis apvd Cominvm de Tridino Montis ferrati anno Domini. M. D. XLIIII. et 1 *f.* in cuius pag. versa insigne typ. habetur. Bibl. acad. Lips.

1544, 8. Aristotelis Rhetor. libri III, interprete Hermolao Barbaro. Cum commentario Dn. Barbari et Hermolai Nepotis. Lgd., ap. Seb. Gryphium.

1545, 8. Aristotelis Rhetorica, ex versione Hermolai Barbari et cum Dn. Barbari commentario. Bs.

1549, 8. — Hermolao Barbaro interprete. Parisiis.

1550, 8. Aristotelis Rhetoricorum libri tres, ex versione Consulti Chirii Fortunatiani, castigatiores iam redditi opera Petri Nannii Alemariani. Lovanii.

1557, 8. — latine, per C. Sigonium. Cracoviae. — *V.* 1565.

1559, 4. Aristotelis de arte dicendi libri tres, Latine, Hermolao Barbaro interprete. Parisiis, apud Thomam Brumenium, describebat Gu. Morelius.

1565, 4. Aristotelis libri III, de arte rhetorica, Latine, interprete Carolo Sigonio. Bononiae, ap. Alex. Benatium. — Rep. 1566, 1577, et 1634, *v.* 1557.

1566, 8. — Venetiis, ap. Iordan. Zilettum. — *V.* 1565 et 1577.

1567, 4. Aristotelis libri de arte dicendi, Latine. P., per Iac. Carpentarium. — Rep. 1572.

1570, 8. Aristotelis Rhetoricorum libri tres, in Latinum sermonem conuersi et scholiis breuioribus explicati a I. Sturmio, nunc primum in gratiam et usum studiosorum dicendi doctrinae editi: Argentinae. Excud. Theodos. Rihelius. *In fine:* Argentorati excud. Thd. Rihelius. M. D. LXX.

1572, 4. Aristotelis ars dicendi, ex comparatione omnium interpretum, et accurata obseruatione sententiae, de integro latine facta, per Iacobum Carpentarium. Parisiis. — *V.* 1567 et 1578.

1572, f. — a Maioragio latine reddita cum eiusdem explicationibus. Vt.

1575, 8. Rhetoricae Aristotelis ad Theodecten libri III, quos M. Ant. Maioragius vertebat; eiusdem Aristotelis liber ad Alexandrum de rhetorica, Fr. Philelpho interprete, cum expositione I. Marinelli. Venetijs, ap. I. Valgrisium.

1577, 8. Aristotelis de arte rhetorica, Libri tres. Carolo Sigonio interprete. Rostochii Ex Officina Iacobi Lucij Transyluani Anno M. D. LXXIII. — 8 *ff.*, 286 pp. Bibl. acad. Lips.

1578, 4. — Parisiis. — *V.* 1572.

1579, 8. — per At. Riccobonum. Vt.

1584, 16. Aristotelis libri tres de arte rhetorica. Brixiae, ap. Pt. Mariam Marchettum.

1585, 8. Aristotelis artis rhetoricae libri III. Duos priores libros vertit M. Ant. Muretus. Romae.

1588, 8. Aristotelis artis Rhetoricae libri tres, ab Ant. Riccobono Latine conuersi. Frcf., ap. haeredes Andreae Wecheli.

1591, f. Aristotelis Stagiritae de arte Rhetorica libri III. Cum M. Antonij Maioragij Commentariis, per Fabium Paulinum Vtineum. Venetijs.

1594, 8. Aristotelis rhetoricorum libri III. Priores duo M. Antonio Mureto, tertius M. Anton. Majoragio interpretibus. Coloniae, Birkmann. — Rep. 1607.

1606, 8. — ab At. Riccobono latine conuersa, cum paraphrasi *etc.* Hanoviae.

1607, 8. Coloniae, Birkmann. — Ex editione a. 1594 repetita est.

1624, f. — interprete Hermolao Barbaro, cum commentar. Pauli Benij. Vt.

bb) *Delectus.*

1602, — 1789, 8. — libri duo priores, latine per At. Muretum. Ingolst. — *V.* infra III. s. v. *Muretus.*

## 2) Ars rhetorica ad Alexandrum.

α) *Sine l. et a. notitia.*

—, 4. Francisci Philelfi praeceptorum Rhetorices, Aristotelis de Causis ciuilibus ad Alexandrū regē Macedonū e graeco in latinū Traductio. — Inter: Orationes Francisci Philelfi cvm qvibvsdam aliis eivsdem operibus. Bibl. acad. Lips.

—, 4. Aristotelis Praecepta Rhetorices, Francisco Philelpho interprete. Parisiis apud Gilles de Gourmont. — Sic *Panzer* in Annal. T. VIII. p. 214, no. 2768.

β) *Cum l. et a. notitia.*

1491, 4. — Inter: Orationes Francisci Philelfi cvm qvibvsdam aliis eivsdem operibus. (*In fine:* Impressum Venetiis Per Bartolomeum de Zanis de || Portesio die. xxviii. Martii. M. cccclxxxxi.) *f.* cxiiii sqq. Bibl. acad. Lips.

1503, f. Aristotelis ad Alexandrum Rhetorica : eorum qui in ciuilib9 Causis: aut Contionib9 versaturi sunt : vsui vtilitatiq; in primis necessaria : longeq; omnib9 alijs dicendi pcept] ipo etiam teste, Cicerone prestantissima. *Infra*: Hermanni Buschij Pasiphili : ī Rhetoricam Aristotelis epigramma. *In fine*: Francisci Philelfi Preceptorum Rhetorices Aristotelis de Causis ciuilib9 ad Alexandrum regem Macedonum e greco in latinum traductio. calcis metha quieuit Lypczk cura peruigili Melchior Lotters ciuis eiusdem virginei part9 Anno MCCCCCiij. Tercio nonas Maij. —— Editionem sub hoc titulo indicatam eandem ac posteriorem esse ex *Panzeri* descriptione illius fortasse colligi possit, sed sic res se non habet. Quam nunc descripsi, extat in bibl. acad. Lips., ubi vidi eam, et perquisivi. Praemissa est, 2 *ff*. implens: Liber de vita Aristotelis, quam *Buhle* suae editioni Vol. I. p. 54 sqq. inseruit sic inscriptam: „Aristotelis vita ex vetere translatione." Deinde sequitur: Ad illustrem et summum virum ac clementissimum patrem : dominum Alphonsum : sancte Romane ecclesie Cardinalem : Francisci Philelfi in traductionem praeceptorum Rhetorices Aristotelis : de causis ciuilib9 : Praefatio. Editionem hanc sub decurtato titulo *Panzer* in Annal. T. VII. p. 144 no. 61 indicavit.

1503, f. Aristotelis *Stagiritani quem philosophie caput et eloquentie oculum nominant* de tribus generibus ciuilibus: in quibus tota facultas oratoria versatur ad Alexandrum magnum Macedonie regem Rhetorice praecepta quam horis pomeridianis coelestis ingenii philosophus ille: absolutissima et exactissima nature regula docuit : omnibus iis : quos vel in foro: vel in senatu vel apud populum discere orare iuuat quam utilissima. *Infra Dioclon distrophon Magistri Andres Epistates Delitschensis quo liber hic ad lectorem affatur. In calce*: Francisci Philelfi Preceptorum Rhetorices Aristotelis de Causis ciuilibus ad Alexandrum regem Macedonum e greco in latinum traductio. calcis metha quieuit Lypczk cura peruigili Melchior lotters ciuis eiusdem virginei partus Anno MCCCCCIII. Tertio nonas Maij. —— Post vitam Aristotelis sequitur Francisci Philelphi ad — Alphonsum Cardinalem praefatio. Hanc editionem quam *Panzer*, ut indicat in Annal. T. IX. p. 482, ipse vidit, cum antecedenti eiusdem anni lipsiensi, quamque ego vidi, confundit. *V.* priorem.

1530, — 1540, — 1575, 8. —— *V.* antea 1) *β*).

### 3) Ars poetica.

1515, f. Aristotelis ars poetica, latine, Georgio Valla interprete, cum Auerrhois summa. Vt.

1579, 8. Aristotelis ars poetica, latine per At. Riccobonum. Vt.

1585, 4. Poetica Ant. Riccoboni, Poeticam Aristotelis explicans, et nonnullas Ludovici Castelvetri captiones refellens; eiusdem ex Aristotele ars Comica. Vicetiae. —— Rep. 1587 sq.

1587, — 1591, 4. — Patavii. —— *V.* 1585.

1623, 4. Aristotelis de Poetica liber Latine conversus, et Analytica methodo illustratus. Londini. Typis Thomae Snodhami. CIƆ. IƆC. XXIII. —— *Thomas Burgess* de hac editione, in qua omnes usque ad hunc diem contextum graecum haberi putarunt, primus iam a. 1792 in Musei Oxoniensis Litterarii Speciminum fasc. II. P. II. p. XX sqq. accuratam notitiam protulit; attamen omnes eam neglexerunt, ut *Harless*, *Buhle*, *Brüggemann*, *Krebs*, *Ebert* (quamquam notitiae huius editionis asteriscum apposuit, librum ipsum in manibus non habuisse videtur, sed *Brüggemanni* modo notitiam germanice reddidit), et qui eum presso pede secutus est *Schweiger*. Itaque cum nemo *Burgessii* verba animadverterit, illa huc transscribo. „Hoc igitur, *inquit*, cum pro comperto habuissem, Uptoni fuisse editionem Cantabrigiensem, eiusque notarum magnam partem ejusdem viri docti curis referendam, valde avebam scire, quid et quantum different Goulstoni et Uptoni editiones. Desideratissimum Goulstoni librum diu et frustra conquisivi. Et qui fuerit, quaeris, hujus tam sollicitae inquisitionis exitus? hoc profecto, quod mirandum mihi accidit, ut constet *editionem* illam *Goulstonianam* toties commemoratam, et in editionum indices relatam, omnino nullam esse. Libri enim de poetica non textum edidit, sed Latinam versionem, et Analysin. Libri inscriptio haec est: [*ut supra est data*, *sequitur hic.*] Libri dedicationi, quae Regi facta est, Goulstoni nomen est subscriptum. Ad finem libri adjectae sunt notae in contextum Graecum una cum hac praefatiuncula: „*Emendationes contextus Graeci.* —— Versionem, quam vides, dum meditarer, composui me ad Graecam editio-

Fred. Sylburgii: quam typis ille Weianis expressam ex trium editionum silieusis, Camotii, Victorii) collatione endavit. Ut enim illi ex codicibus cano scriptis plurimorum locorum emenones collegerant: Ita is, illorum ope fide fretus, complura sanavit: nonnulla am sic adnotavit, ut judicium lectori rmitteret. Tanti ergo viri et monitu exemplo inductus, ex ejusdem Lectionus Variis, quae loca ulterius emennda arbitrarer, indicare volui. Ne disnulem etiam aliorum ingenia atque animversiones mihi subsidio fuisse: Riccobo-, Castelvetri, Casauboni, atque animae otissimae Daniel. Heinsii. Quae quidem n alio consilio palam feci, quam ut screpantiae constaret ratio, scribi veronem hanc minus consentientem compes Codice Graeco; simulque adpareret ctori, nihil nos ἐν τῷ ῥητῷ summi Phisophi temere vel inconsulto immutare luisse." —— Omnia haec, ut vides, tinam versionem ejus spectant, et Sylrgii contextum Graecum: (imo ad Sylrgii libri paginas scriptae sunt *Emenitiones*:) de editione sua, quam vel pavisset, vel esset paraturus, ne verbum idem. Uptoni praefatio versionem Goulsoni, et notas commemorat; libri Uptoani titulus eum non ex recensione, sed ex versione Theodori Goulstoni" edim ostendit; eidem porro eiusdem libri actis Eruditorum censura versionem ibuit. Sed de Graeca editione apud omnes tum silentium. Certe editionem Goulonianam primus, quod sciam, commenas est Harwoodus, qui inter editiones liri de poetica illum librum Londinensem D. 1623, (quem nihil aliud esse nisi atinam versionem, analysin, ac notas ex um dictis satis manifestum esse opinor) unquam Graece et Latine editum citat: a quo viris doctissimis Harlesio et Buhio fraudem fecisse videatur. Atque hatenus de Uptoni et Goulstoni libris."

## CC. Physica scripta.

### Aaa) Omnia.

1482, f. Incipit p̄imus liber Ar. staerite (?) filii Nicomaci de auditu || phyico: ī q̄ detmīat de principiis subiecti d ē ēs mobili ī cōi. *Haec f.* 1 *a* (*sign.* ii). *F.* 349 *a*: Expliciunt opera Aristoelis de naturali philosophia impres || sa enetiis Duce inclito Ioanne Mocenico er magistrum Phi || lipum Venetum: iusq; impensis diligentissime emendata: nno || domini Millesimo. CCCC. lxxxii: pridie Nonas Aprilis. —— Continentur hac translatione a *f.* 1 *a*: de physico auditu, *f.* 66 sqq.: de coelo et mundo, *f.* 103 *b* sqq.: de generatione et corruptione; *f.* 124 *b*: de meteoris, *f.* 166 *a*: de anima, *f.* 188 *a*: de plantis, *f.* 200 *a*: de coloribus, *f.* 205 *b*: de morte, *f.* 210 *b*: de intelligentia, *f.* 213 *a*: de lineis indivisibilibus, *f.* 216 *b*: de inundatione, *f.* 218 *b*: de physionomia, *f.* 226 *b*: de causa motus, *f.* 231: epist. Aristot. ad Alex., *f.* 234 *a*: de sensu et sensato; *f.* 242: de memoria et reminiscentia, *f.* 245: de somno et vigilia, *f.* 253: de causis, *f.* 261: de bona fortuna, *f.* 264: de longitudine et brevitate vitae, *f.* 266: de iuventute et senectute et vita et morte, *f.* 276: Metaphysica, *f.* 349 *b* epigramma inscriptum: Petrus Antonius sforzantes de Faventia. 1 *f.* vac., et 9 *ff.*: Averrois de substantia orbis. 360 *ff.*

1518, f. EX PHYSIOLOGIA ARISTOTE- || LIS, LIBRI DVODETRI || GINTA. 1 De auscultatione naturali octo, 2 De coelo quatuor, 5 De anima tres, Ioanne Argyropylo interprete, 3 De generatione et corruptione duo, 4 Meteorologicorum quatuor, 6 De sensu et sensili vnus, 7 De memoria et reminiscentia vnus, 8 De somno et vigilia vnus, 9 De insomnijs vnus, 10 De diuinatione in somno vnus, 11 De longitudine et breuitate vitae vnus, 12 De iuventute et senectute et vita et morte et respiratione vnus, Francisco Vatablo interprete. — Quibus omnibus, antiqua tralatio tricenos libros continens, ad Graecum per eundem Vatablum recognita: columnatim respondet. CVM PRIVILEGIO. *Haec f.* 1 *a*. *F.* 336 *a in fine*: PARISIIS. IN AEDIBVS HEN- || RICI STEPHANI. MEN- || SE AVGVSTO. M.D.XVIII. —— 2 *ff.* praefixa *F.* 1 *a*: INTRODVCTIO Physica, quae *f.* 2 *b* explicit: Introductionis finis. 336 num. *ff.* et cum *sign.* Priora duo praefixa et num. notata *ff.* habent praeter titulum, et: PRAEFATIO FRANCISCI VATABLI IN TRALATIONES PHYSIOLOGIAE ARISTOTELIS. Nitide impressus. Bibl. acad. et sen. Lips.

1546, 8. — Lgd. —— *V.* 1558.

1554, 8. Physicorum Aristotelis libri. Physica. De coelo. De generatione et corruptione. Meteorologica. De anima. De sensu et sensili. De memoria. De somno. De insomniis *etc.* Argyropolo et Vatablo interpretibus. Lugduni, Gryphius.

1558, 8. Aristotelis Physica, de Coelo,

et de anima libri, Latine, I. Argyropylo interprete. Lgd.

1564, 4. Physicorum Aristotelis libri omnes : Ioachimo Perionio interprete, et per Nicolaum Grouchium correcti. Frcf., Wechel.

1580, 4. Aristotelis Stagiritae Philosophorum principis Philosophiae naturalis libri omnes, Ioanne Argyropylo Byzantio et Francisco Vatablo interpretibus. Coloniae ap. haeredes Birkmanni. *Voll. II.* —— Repetita *ib.*, *Cholinus.*

1590, 4. Aristotelis de natura aut rerum principijs libri VIII. De ortu et interitu libri II. De coelo libri IV. De animo libri III. Meteorologicorum libri IV, et Parva Naturalia, Ioachimo Perionio interprete: iam denuo post Nicolai Grouchij emendationem studiose diligenterque repurgati. Duaci ex officina Ioannis Bogardi.

Bbb) Plura scripta.

1486, f. Tres libri de anima Aristotelis. *In calce:* Notata diligenter uisa et pugili cura auscultata Lamberti de Monte artium magistri expliciunt feliciter anno Domini MCCCCLXXXVI. *Pertinet:* De coelo et mundo et metheororum libri Aristotelis. *In fine:* Questiones magistri Ioh. Versoris supra libros meth. Aristotelis h' feliciter finem habent. *Deinde:* De sensu et senato, de memoria et reminiscentia, de somno et vigilia, de longitudine et breuitate vite. *In calce:* Deo laus. (*Coloniae, ap. Theodoricum.*) —— Sic *Panzer* in Annal. T. IV. p. 274, no. 141.

1505, f. Caietanus super libros de anima. || Eiusdem q̄ones de sensu agente: et de || sensibilibus communibus : ac de intellectu. || Item de substantia orbis Ioannis de gan- || dauo cum questionibus eiusdem. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a incipit textus, explicitque f.* 113 *a:* Subtilissimis q̄onibus in libellum commentatoris de sba || orbis cum expositione textus eiusdem libelli a solertissimo || phyce vitatis indagátore Ioane de gandauo editis : qua || vna cum libris de aīa Aristotelis cum expositione clarissimi || doctoris dn̄i Caetani : cum q̄onibus eiusdem de sensu agente || et de ppetuitate intell's diligentissime correxerunt veneran || dissimi viri. vz dn] magr. Scós Contarenus Uenetu] || sacre theologie pfessor et magister studij generalis fratrum || heremitarum : frater Paulus Panormita : filij veri pa- || tris fratrum heremitarum Doctoris sancte matris ecclie || Augustini Thagastensis. Uenetijs per Gregorium de gregorijs. Cal'. Ian. Mcccccv. *Deinde:* Qones prohemij de substantia orbis. *Infra fig. xyl. F.* 114 *vacat. F.* 115 *b* — *f.* 116 *b:* Tabula in librum de anima.

1519, f. Aristotelis Stagyritae Libri de coelo IIII, Argiropilo interprete. De generatione II, Nypho interprete. Meteorum IIII, Boetio interprete : adiectis Eckii commentariis. Reverendissimo D. Georgio Episcopo Bambergensi D. *In fine:* Excusa in officina Sigismundi Grimm Medicinae doctoris et Marci Vuirsung Augustae Vindelicorum. Anno virginei partus. M. D. XIX. Decimo quinto Kalen. Iunii. —— Sic *Panzer* in Annal. T. VI. p. 155. no. 156.

1521, f. Aristotelis de Generatione et Interitu Libri quatuor. De Mundo: ex opere de Animalibus Libri X, Petro Alcyonio interprete. Venetiis per Bernardinum de Vitalibus MDXXI. —— Sic in Catal. bibl. Pinell. T. I. p. 218.

1532, f. Aristotelis Opera varia, scil. de generatione et interitu libri duo. Meteororum libri quatuor : de Mundo : de Animalibus libri decem, latine, interprete I. Genesio Sepulveda. Parisiis, MDXXXII.

1541, 8. Aristotelis de coelo libri quatuor; de generatione et corruptione libri duo; Meteorologicorum libri quatuor, Latine, ex versione veteri recognita, cum argumentis Raph. Volaterrani, et digressionibus Averrois. Vt., ap. Hi. Scotum.

1546, 8. Aristotelis libri de Generatione et Corruptione; Meteorologica; de Anima; Parva Naturalia, Latine, Fr. Vatablo interprete. Lgd.

Ccc) Singula scripta.

1) De coelo et de mundo.

aa) *duo coniunctim edita.*

α) *Sine l. et a. notitia.*

—, f. Libri quatuor Arestotelis philozo- || phorum omnium principis at (*atque*) mo || narche de Celo et Mundo intitulati || tractantes generaliter de toto vni- || uerso. feliciter exordium recipiunt. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *versio inci-*

pit: E natura scientia fere plurima esse videtur circa cor- || pora et magnitudines etc., *et explicit f.* 49 *b lin.* 6: nobis hoc modo. *Infra Martini Herbipolensis insigne typogr.* —— Nusquam „Lipsiae per Martinum Herbipolensem", ut *Panzer* in Annal. T. I. p. 502, no. 307, et qui eum sequutus est *Hain* in Repert. bibliogr. Vol. I. p. 209, no. 1687, referunt, legitur. 49 *ff.* 24 lin. cum *sign.* Bibl. acad. Lips.

—, f. Aristotelis Quaestio de mundo et celo edita per Nicoletum (Verniam) Theatinum in Patavino Gymnasio Philosophiam legentem. —— Sic *Panzer* in Annal. T. IV. p. 87 secundum *Denisium* in Supplem. ad *Maittairium* Annal. p. 493.

*β) Cum l. et a. notitia.*

1473, f. *Libri de coelo et mundo, quorum in fine f.* 151 *a*: Noue traslatō librorū de celo ⁊ mūdo siue de motu || ⁊ ueteri ab Averoi Cordubēsi cōmētate: sūmi phi || losophi Ari: ex Stragyra grecie oppido: Nicoma || chi medicine artis ꝓfessoris filii: deo fauēte maxīo || finis impositus ē (est). Nobilis Vincētini. Ioānisphi || lippi Aureliani ⁊ fratrū impensa: Opera uero atq; || ingenio Laurētii Canozii Lēdenariensis. Impre || sse (?) Patauii Anno Christi optimi M. cccc. ⁊ Lxx. III. nonas Martii. —— 152 *ff.*, quorum ultimum vacat. Sine *sign. cust.* et num. *ff.* in crassa albaque ch. nitide impressus est hic rarissimus liber. Bibl. acad. Lips.

1495, f. Aristotelis de Celo et Mundo Libri quatuor. *In fine*: Summi Philosophi Aristo. stragyrite peripateticorum principis de celo et mundo : Cum Averrois Cordubensis expositionibus : aureum opus feliciter explicit. Impressum Venetiis studio et impensa egregii viri Octauiani Scoti ex tenebris in lucem redactum anno domini 1495. die vero XXVIII. Novemb. —— Sic *Denis* in Supplem. ad *Maittairii* Annal. p. 385, quem *Panzer* in Annal. T. III. p. 370, no. 1913 est sequutus.

1495, f. Libri de celo et mundo Aristotelis || cum expositione Sancti Thome de || aquino. et cum additione Petri dė || aluernia. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a*: Incipit vtilis expositio super libro de celo et mundo || Aristotelis secundum mentem sancti Thome de aquino || verissimi Aristotelis expositoris. *In fine*: Hic finit commentum diui Thome de Aquino Ord. Predicatorum super duos Libros de Celo et Mundo cum aliqua parte tertii, qui morte preventus residuum complere non potuit. Quod autem sequitur usque ad finem quarti Libri est egregii doctoris Petri de Alvernia eiusdem Ordinis . discipuli prefati doctoris S. Thome. Uenetijs mandato et sumptibus Nobilis viri dñi Octauiani Scoti Ciuis modoetiensis. Per Bonetum Locatellum Bergomensem. Anno a salutifero partu virginali nonagesimoquinto supra millesimum ac quadringentesimum. Sub Felici ducatu Serenissimi principis Domini Augustini Barbadici. Quintodecimo Kalendas Septembris. *Sequitur registrum et insigne typogr.* —— 76 num. *ff.* et cum *sign.* Char. goth.

1495, f. Diui Thome Aquinatis sacri pre || dicatorum ordinis in libros Aristote- || lis de celo et mundo preclarissima com || mentaria cum additionibus Petri || de aluernia eiusdem ordinis. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a interpretatio commentariusque incipit, et explicit f.* 72 *b*: Impressum venetijs ac studiosissime elaboratum per Gregorium et Ioannem de Gregorijs fratres Anno incar || nationis dm. i.4.9.5. Die vo vltimo Octobris. — Registrum totius operis. a b c d e f g h i k l m Omnes sunt terni. FINIS. —— Cum num. *ff.* et *sign.* Char. goth. Bibl. acad. Lips.

1498, f. *F.* 1 *a*: Gaietanus de celo et mundo. *In calce*: Gaietani vicentini prestantissimi in libros ar. (*Aristotelis*) de celo et mundo expositio cum ipso textu ar. accuratissime emendata per Magistrum Ioannem Sicanum Ueronensem. Ac diligentissime Uenetiis impressa per Otinum Papiensem de Luna anno gratie MCCCCXCVIII. die tertio octobris. Sumptu et impensa Benedicti Fontana Ueneti Ducante inclyto principe Augustino Barbadico. —— Char. goth. Cum *sign.* Sic *Panzer* in Annal., T. III. p. 442, no. 392.

1504, f. Aristotelis philoso- || phorum omnium monarche || de Celo et mundo libri quatuor preclarissimi || denuo quibus scatebant mendis ad dei laudem || et studiosorum perfectum diligentius purgati. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *incipit interpretatio*: Liber primus de celo. *Explicit f.* 45 *b*: Quattuor libri de Celo et Mundo principis phi- || losophorum Aristotelis Lyptzk in officina || Melchior Lotters effigiati anno Millesimo || quingentesimoquarto pridie Nonas Marcias || finem

cepere felicem. —— 45 *ff.* cum *sign.* lin. 26 sine columnae inscriptione. *F.* 46 vacat. Char. goth. Bibl. acad. Lips.

1529, 8. Aristoteles de coelo et mundo cum commentario Auerrois. Lugduni apud Scipionem de Gabiano. *In fine:* Lugduni per Jacobum Myt MDXXIX. die XVIII. Decembris.

bb) *singulatim edita.*

1a) de mundo.

1542, 12. Aristotelis et Philonis libri de mundo; Ocellus Lucanus de universi natura, Latine; illi Budaeo, hic Christiano Aurelio interprete, et Simonis Grynaei annotatiunculae in Arist. de mundo. P., apud Iac. Bogardum.

1555, 4. Aristotelis liber de mundo, Latine, Gu. Budaeo interprete. Lt., ap. Mich. Vascosan. —— Rep. 1557.

1556, 4. Aristotelis liber de mundo, Latine, Pet. Alcyonio interprete. Paris., ap. Vascosanum.

1557, f. —— *V.* in *Gu. Budaei* Opp. (Bs.) p. 445 sqq. *V.* 1555.

2b) de coelo.

1560, 4. Aristotelis de coelo libri IIII. Ioachimo Perionio interprete: per Nicol. Grouchium correcti et emendati. Parisiis, ex officina Gabrielis Buon.

## 2) Meteorologica.

*α) Sine l. et a. notitia.*

—, f. Libri Metheororum Arestotelis philo || zophorum omnium principis atq; monar || che in latinum translati quatuor. In quib9 non modo subtiliter verumetiam || doctissime enarrat mirabilium effectuum. et in terra. et || supra terram. ex vaporibus et exalationibus generatorum causas. de || generatione comete de lacte. ignibus. et sideribus nocturna || tempestate cadentibus. de generatione nubium. pluuiarum. roris pru || ine. grandinis et aqs fontibus tam calidis quam frigidis. dulcibus et || salitis in terra generatis. de varietate et salsedine marium. fulmine || choruscatione. terre motu. yride. halone. ventis atq; eorundem || generatione. aliaq; mirabilia his in libris apertissime docentur. || Incipiunt feliciter. *Haec f.* 1*a*. *F.* 2*a* (*sign.* A ij) *interpretatio incipit:* E primis quidem igitur causis nature. *etc.*, *explicitque f.* 54*a*: Libri quatuor Metheororum Arestotelis philozophorum princi- || pis atq; monarche in latinum translati Expliciunt feliciter. *Infra insigne typ. Martini Herbipolensis.* —— Lin. 24. Char. goth.

*β) Cum l. et a. notitia.*

1474, f. *Aristotelis de Meteoris Libri quatuor cum comment. Auerois, quorum in fine f.* 33 *b:* Noue trãslatiõi libro. metheoro. ? ueteri s3 q̃rtu. lib. solu. ab Aue || roi cordubensi ɔmẽtate: summi philo || sophi Aristotel' ex Stragyra grecie oppido: Nicomachi medice arsis (?) .p || fessoris filii: deo optĩo maxĩoq. fa || uẽte finis impõitus ẽ. Nobil' uicẽtini || Joãnisphilippi Aureliani ? frat. ĩpensa. Opera vero atq. ĩgenio Lau || rẽtii Canozii Lendenariẽsis Impres || se Pataaii Anno Christi optimi. MCCCC. q̃rto. ?. lxx. octauo Kalẽdas Julii. —— 34 *ff.*, quorum ult. vacat. Sine num. *ff.*, *sign.* et *cust.* Bibl. acad. Lips. hunc nitidissimum in crassa ch. impressum librum adservat.

1488, f. Quanquam hoc op9 difficile atq; indignum mihi || esse reputo: *etc.* *Sic f.* 1*a* (*sign.* a 2) *praefatio incipit. In calce:* Hoc opus impressum est Uenetijs per || Andream de thoresanis de Asula: Anno || domini. 1488. die vero. 12 kl. septembris. —— 22 *ff.* cum *sign.*, lin. 60. Char. goth. Versio Meteororum cum *Averrois* commentario continetur. Caeterum de hac editione non satisfecit *Renouard* in Annales de l'imprimerie des Aldes, T. II. p. 256, accuratius *Hain*, illa visa, in Repert. bibliogr., Vol. I. p. 210, no. 1695 descripsit.

1491, f. *F.* 1*a* (*sign.* a ij): Aristoteles (?) Stagirite Metheororum || liber primus: cum Commentarijs Gaietani || de Tienis. Nuper summa cum diligentia || emendatis. *F.* 69*b*: Expliciunt cõmentaria super quatuor || libros metheororum Aristotelis cum textu || eiusdem dñi Gaetani de thenis (?) vicentini || artium et medicine doctorem clarissimum. *F.* 70*a*: Tractatus perutilis de actione editus per dñm || Gaetanum de thienis artium et medicine doctorem peritissimum. *F.* 76*b*: Expliciunt Commentaria super quattuor li- || bros metheororum Aristotelis cum textu eius- || dem: et duobus tractatibus *etc.* summa cum diligentia castigata et || emendata per sacre theologie bachalarios || fratrem Franciscum de macerara et fratrem || Petrum angelum de

monte vlmi ordinis mi || norum. Uenetijs impressa cura solertissimorum || virorum Ioannis de foriiuio et Gregorij fra- || trum Anno dñi. M. CCCC. lxxxxj. die xxij. || Mensis octobris. || Laus deo. *F. 77 a insigne typ.* — *77 ff.* Char. goth. Sic *Hain* in Repert. bibliogr. Vol. I. p. 210 sq., no. 1697.

1503, f. Textꝰ quattuor libro- || rum Meteororum Aristo- || telis philosophorum fa- || cile principis bene emendatus. Impressi- || onum Ignee Aeree Aquee Terree docens causas et principia exquisitissime. *Haec f. 1 a. F. 1 b praefatio:* Lectori felicitatem. *qui sic finitur:* „Meteorologicam igitur hanc tam exquisite doctissimeq; ab Aristotele tibi exhibitam naturalis philosophie studiose attencius legito : et incredibili senties te voluptate: pariterq; noua rerum mirandarum experientia affectum. Quam quidem Petrus Sidororius hallen. minimus inter artium magistros academie Lipczen, Mendis etsi non omnibus : cumplurimis tamen : eripuit, atq; in officina Melchior Lotters oppidani Lipczen ad dei laudem et studiosorum profectum quos vides caracteribus effigiari fecit. — Vale lector. *F. 2 a versio ipsa incipit:* Liber primus Meteororum diuiditur in quattu || or tractatus. *Expliciunt f. 66 a:* Libri quattuor Meteororum Aristotelis phi || lozophorum principis atq; monarche Lypczk || in officina Melchiar (?) lotters exarati Anno || Mcccciij. quinto Idꝰ Mayas finem feliciter cepere. — Bibl. acad. Lips.

1507, f. Habes solertissime lector in hoc codice libros || Metheoro⁴ Aristotelis Stragirite peri || pathetico⁴ principis cũ cõmentarijs || fidelissimi expositoris Gaietani de Thienis nouiter ĩpressos: || ac mẽdis erroribusq; || purgatos. — Tractatum de reactione. Et tractatũ de inten || sione ꝛ remissione eiusdem Gaietani. || — Questiones perspicacissimi philosophi Thi || monis super quattuor libros metheoro⁴. *Haec f. 1 a. In fine f. 61 b:* Opuscula hec ĩpressa fuerũt Uenetijs. mãdato ꝛ expẽ || sis heredũ nobilis viri dñi Octauiani Scoti ciuis ac patri || tij Modoetiensis. p presbyterũ Bonetũ Locatellũ Ber- || gomensem. kalendis decembribus. 1507. — Cum *sign.* et num. *ff.* Bibl. acad. Lips.

1512, 4. Meteorologia Aristotelis. Eleganti Iacobi Fabri Stapulensis Paraphrasi explanata. Commentarioque Ioannis Coclaei Norici declarata ad foelices in philosophiae studiis successus Calcographiae iam primum demandata. *Haec f. 1 a cum effigie xyl. Chelidonii. F. 1 b:* Argumentum in tres libros Meteororum: Ioannis Coclaei Norici. *F. 2 a:* Praestantissimo - Antonio Kress - Laurentianae ecclesiae Praeposito - Io. Coclaeus Noricus. S. P. D. *In fine:* Explicit Meteorologica Aristotelis. quam Stapulensis Paraphrasi extricavit. Coclaeus commentario declaravit. Impressa Norimbergae. In officina Friderici Peypuss. Anno salutis. M. CCCCC. XII. Tertio Idus. Novembris. *Sequitur:* Tabula, *et:* Decastichon Coclaei In Aristotelem.

1516, f. Meteorologia Aristotelis, eleganti Iacobi Fabri Stapulensis Paraphrasi extricata. Lipsiae per Valentinum Schuman.

1532, 8. Aristotelis Meteororum Liber quatuor, et eiusdem Problemata de re Medica, Latine, ex interpretatione Francisci Vatabli. Wittenbergae MDXXXII. — Sic *Panzer* in Ann. T. IX. p. 93, no. 249.

1542, 4. Aristotelis Meteorologica, Latine, Vatablo interprete. Parisiis, ap. I. Roigny.

1555, 4. — per Ioach. Perionium et Grouchium. Parisiis.

1565, f. — cum commentar. Vicomercati. Venetiis.

### 3) de anima.

*a) Sine l. et a. notitia.*

—, f. Textus historie de Anima Aresto- || telis philozophorum Peripatheti || corum principis foeliciter incipit. *Haec f. 1 a. F. 2 a (sign.* A ij) *versio incipit:* (b) Onorum honorabilium noticiam opinantes Ma- || gis autem alteram altera. *etc. explicitque f. 36 a:* Finis textus historie de anima Arestotelis. *F. 36 b:* Dum omnis nostra cognitio incipiat a notioribus nobis *etc. Hic tractatus f. 37 b explicit; infraque Martini Herbipolensis insigne typogr.* — Char. goth. Bibl. acad. Lips.

—, f. Libri de ani- || ma, Aristotelis philosophorum peripate || tice familie principis et auctoris: nedum || per tractatus: capita: et capitum sectiones siue partes, studiose distincti: || verumetiam per commenta textus, in margine numerorum figuris signata || (que prisca est et apud eruditos magis pro-

bata, in Aristotele partitio) || diuisi: Accurata preterea castigatione reuisi. || — Prenotata deniq; est in libri fron || te Vtilissima Jacobi Fabri Stapulensis, in libros de anima || introductio; summatim scientiam de anima complectens. *Haec f.* 1 *a*; *f.* 1 *b*: *incipit*: Breuis introductio Stapulensis in libros || de anima Aristotelis, quatuor complectens partes. *explicitque f.* 2 *b*. *F.* 3 *a* (*sign.* a A iij) *incipit versio*, *explicitque f.* 37 *a*: Finis. — Accipe candide Lector grata || mente Tres de anima Aristotelis libros. per tractatus: capita: et capitum par || tes studiose accurateq; digestos: cum singularum partium argumen || tis idest sententia lre, in titulis prenotata: textum etiam per commen- || torum diuisionem distinctum numerorum figure et in marginibus et in || lineis suo loco signate. ostendent A mendis deniq; pristinis, quo ad fieri potuit, emaculatus est codex Reliquum igitur vt alieno labo || ri, vel gratum rependas am. Impressum est opus hoc per Vuolf- || gangum Stöckel Monacencem ꝛc. Ex castigatione M W S C. *F.* 38 *vacat*. —— Bibl. acad. Lips.

—, 4. Aristotelis tres de anima libri per || Ioannem Argyropylum e greco || in latinum traducti. *Infra*: Epigramma extemporarium in Aristotelis de anima libros. *Haec f.* 1 *a*. *F.* 1 *b*: Uolfgangus Mosnauer liberalium disciplinarum Magister: venerando patri || Georgio puecher, dominici gregis pastori in vvels felicitatem optat. *F.* 2 *a* (*sign.* a ii): Aristotelis de anima liber prim9: || qui de modo cognoscendi animam || et de antiquorum opinionibus circa || animam tractat foeliciter incipit. *In calce*: Impressum Venetiis per Iacobum de Pentio || de Leuco. X. Kl. nouembris. —— 34 *ff.* 37 lin. Cum *sign.*

—, f. Copulata super libros de Ani || ma Arestotelis cum textu Iu || xta doctrinam excellentissimi do || ctoris sancti Thome de Aqui- || no hic continentur. *Sic f.* 1 *a*. *F.* 82 *a* (*num. f.* 81): Nota diligenter visa et peruigili cura iterum emen || data circa tres libros de Anima Aresto. Lam- || berti de monte artium magistri ac sacre theolo- || gie professoris iuxta doctrinam insignis et sanc || ti doctoris Thome de Aquino ordinis fratrum predicatorum expliciunt feliciter. *F.* 82 *b* — *f.* 83 *b Registrum*. —— 1 non num. *f.*, et 82 num. *ff.* cum *sign.* Char. goth. Fortasse *Coloniae* per *Quentel* impressus.

—, f. Copulata super libros de || Anima Aristotelis cum tex || tu Iuxta doctrinam excellen || tissimi doctoris sancti Tho || me de Aquino hic ↄtinentur. *Sic f.* 1 *a*. *F.* 82 *a* (*num.* 81): Nota diligenter visa et peruigili cura iterum emen- || data circa tres libros de Anima Aresto, Lam- || berti de monte artium magistri ac sacre theolo || gie professoris iuxta doctrinam insignis et sancti || doctoris Thome de Aquino ordinis fratrum pre || dicatorum expliciunt feliciter. *F.* 81 *b* — *f.* 82 *b*: Explicit tabula omnium questionum || huius libri de Anima. —— 1 non num. *f.* praef., 82 num. *ff.* et cum *sign.* Char. goth.

*β) Cum l. et a. notitia.*

1472, f. *Averrois Commentaria in Aristotelis de Anima*, *quorum in fine f.* 90 *a*: Noue translationi librorꝫ anime: || ꝛ ueteri ab Aueroi hispano cordu || bensi commentate: summi philoso || phi Aristotelis ex Stragyra gretie || oppido Nicomachi medicine artis || professoris filii: deo fauēte maxīo || finis impositus est. Nobilis Vicen || tini Joannisphilippi Aureliani ꝛ || fratrum impensa. Opera vero atqꝫ || ingenio Laurentii Canozii Lende || nariensis impresse Pataui. Anno || Christi optimi. M. cccc. ii. ꝛ. Lxx. || Decimo Kalendas Decembris. —— 90 *ff.* Sine num. *ff.*, *sign.* et *cust.* Bibl. acad. Lips. hunc nitidissime et in crassa ch. impressum librum adservat.

1481, f. Alberti Magni Commentaria in tres libros Aristotelis de anima, nec non in librum de intellectu et intelligibili. *In fine*: Alberti magni expliciunt libri de anima et de intelligibili Uenetiis per magistrum raynaldum de Nouimagio impressi 1481. —— Cum *sign.* Char. goth.

1486, f. Aristotelis Libri tres de anima cum commentario Caietani Thienensis. *In fine*: Preclarissimi philosophi Gaetani Thienensis Vicentini: commento in tria volumina Aristotelis de Anima deo fauente maximo finis impositus est Henrici de sancto Vso impensa ingenioque diligenter impresso et sollerti cura emendato: Vicen. Anno ab incarnatione domini. M. CCCC. LXXXVI. XI. Cal'. octobris. —— Char. goth., et cum *sign.*

1491, f. Textus triū librorūꝫ de anima || Aristotelis cuꝫ cōmētario secū||dum doctrinaꝫ venerabilis domini Alberti ma-

gni. *Infra fig. xyl. magistri docentis cum discipulis. Haec f. a. F.* 1*b in Albertum Magnum epitaphium:* Fenix docto, paris expers. philosrphorum || Princeps. *etc.* F. 2*a* (*sign.* a ij) *incipit:* PROOEMIUM LIBRI DE ANIMA *quod versio ipsa sequitur, quae f.* 163*b finitur:* EXPLICIUNT Cō || mētaria triū libro, de aīa Aristotelis s, do || ctrinā Albti (*Alberti*) magni *etc.* edita in lu || cem p eximiū vir, mgrm (*magistrum*) Johāne de Mechi- || linea artiū liberaliū et theologie doctorem || inclyteq; vniuersitatis Coloniens vicecacel- || ariū. Rursusq; *etc.* laboriose z studiose || reuisa *etc.* per venerabile *etc.* mgrm (*magistrum*) Ger- || hardū de Herdervvick Anno quo et hec im || pressa sunt scz. M.CCCC.xci. in pfata vni || uersitate Regentem. Qui et ob maiore suo, || audito, prouectū et limpidiore dicto, intelle- || ctū annectere decreuit. Epitoma qd' (*quod*) sequit. *A f.* 164 *ad f.* 173 *Epitome cum fine:* COMMENTARIJ TRIū LIBRO4 ARISTOTELIS DE AīA (*ANIMA*) || *etc.* in famosissima Agrip- || pineñ Colonie academia p (*per*) scientem et virtuosum virū artiu, liberaliū mgrm (*magistrum*) et sacre theologie || licentiatū Magistrū Gerardū Herd'- || vvicksensem in eade laudabilit' regente absoluti et accura || tissime castigati opera et impensis Johannis Koelhoff Lubicens || *etc.* characterisati || Anno gratie millesimoquadringentesimo sup (*supra*) nonagesimum vno pridie calendas martias ad || finem usq; perducti sunt de quo sit benedictus Jesus christos theu hyos soter in secula seculo || rum. AMEN. *Deinde in nonnullis exx. sequitur* 1 *f. in cuius pagina versa sigillum urbis cum litt.* J.K. *habetur.* —— **174 *ff.* cum *sign.* Char. goth. mai. et min. In ex. bibl. acad. Lips. commemoratum *f.* ultimum est.**

1496, f. Expositio Egidij romani super libros || de anima cum textu. *Sic f.* 1*a. F.* 2*a opus incipit, et finitur f.* 84*a:* Explicit subtilissima expo librorum de aīa Aristotelis a || summo interprete Egidio romano ordinis heremitarum fratre || edita: ex sua sponte fido exemplari: rursusq; reiterata opera di || ligentissime castigato excerpta. Impressa vo Uenetijs man- || dato et expensis nobilis viri dñi Octauiani Scoti Ciuis || Modoetien- Anno dñi. i496. Die vltimo Januarij. *Sequitur:* Tabula intitulationum. *quae f.* 86*a explicit.* —— **86 num. *ff.* et cum *sign.* Bibl. acad. Lips.**

1497, f. min. Textus trium librorum de anima Aristotelis cum commentario secundum doctrinam uenerabilis domini Alberti Magni. *In fine:* Absoluti et accuratissime castigati opera et impensis honesti viri Henrici Quentell colon. ciuis impressorie artis calotecnii characterisati Anno gratie millesimo quadringentesimo supra nonagesimum septimo. Sexto calendas Junii. —— **Char. goth. Bibl. acad. Lips.**

1498, f. Incipiunt libri gloriosissi || mi philosophorum princi-|| pis Arestotelis de anima. *Sic f.* 1*a. F.* 2*a* (*sign.* Aij): Pars prohemialis primi libri de anima. *Opus finitur f.* 34*a:* Et sic est finis. || — Impressum Lypczk per Baccalarium wolfgangum monacensem. Anno millesimo quadringentesimononagesimooctauo. *Infra insigne typ. cum litt.* W. S. *et sigillo Lips.* —— **Char. goth. 24 lin. et cum *sign.* Bibl. acad. Lips.**

1500, f. Incipiunt libri gloriosissi- || mi Philosophorum princi- || pis Arestotelis de anima. *Haec f.* 1*a. F.* 2*a:* Pars prohemialis primi libri de anima. *In calce:* Impressum Lypczk per Baccalarium wolfgangum monacensem. Anno millesimoquingentesimo. *Infra insigne, ut in priore editione.* —— **30 *ff.*, 26 lin. cum *sign.* Char. goth.**

1502, f. Incipiunt libri gloriosissimi Philosophorum principis Aristotelis de Anima. *Haec f.* 1*a. In fine:* Expliciunt gloriosissimi libri Aristotelis Stragerite filii Nichomaei de anima intitulati. Liptzk impensis Jacobi Thanners impressi. Anno 1502. —— **Hanc *Leichio* incognitam editionem primus *Freytag* in Adparatu litter., T. I. p. 540 commemorat.**

1503, f. Summi Philosophorum prin- || cipis Aristotelis libri tres de || historia Anime foeliciter inci || piunt. *Haec f.* 1*a. F.* 2*a* (*sign.* Aij) — *f.* 37*b interpretatio, et in fine:* Habes amate Lector Textum de historia anime, iam denuo per tractatuum et || capitulorum distinctionem studiose notatum. Impressum Liptzk per Jacobum || Thanner Herbipolensem. Anno Christi Millesimoquingentesimo tertio. *Infra insigne typ. F.* 38 *vacat.* —— **Char. goth. cum *sign.* Bibl. acad. Lips.**

1505, f. Summi Philosophorum || principis Aristotelis libri || Tres de hystoria Anime feliciter incipiunt. *Haec f.*

1 *a.* *F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *interpretatio incipit*: Liber Primus de Anima. *explicitque f.* 36 *a*: Habes amate lector Textum de historia anime iam denuo per tra || ctatuum et capitulorum distinctionem studiose notatum: Impressum Li- || ptzk per Jacobum Tanner Herbipolensem. Anno gratie 1505 || septimo kalendas iunias. *Infra insigne typ.* —— 36 *ff.* cum *sign.*, 23 lin. Char. goth. Bibl. acad. Lips.

1509, f. min. Liber de Anima Aristotelis, nuper per Johannem Argiropilum de graeco in latinum sermonem elegantissime traductus cum commentariolis divi Thomae Aquinatis iterum explosa barbarie castigatis et revisis iuxta ordinarium processum ducalis academiae Wittemburgensis. *In fine*: Expressum Wittemburgii per Joannem Gronenberg. Anno Virginei partus. M. D. et noni saeculi. IX. —— In ultimo *f.* caput signatis variis sensibus habetur xyl. Bibl. acad. Lips.

1509, f. Commentaria Reverendissimi Patris || Fatris Thomae de Vio Caietani artium, sacrae theo || logiae et ordinis Generalis Magistri || in libros Aristotelis de || Anima. *Haec f.* 1 *a.* *F.* 2 *tres epistolae continentur.* *F.* 3 *a opus incipit*, *explicitque f.* 83 *a*: Impressum Florentiae in officina Bartholomei Francisci de Libris, Sumptibus nobilis ciuis Federici Strozae. Anno ab Incarnatione. 509. supra Millesimum Idibus Martiis .✝. — Registrum huius operis. A. B. C. D. E. F. G. H. I. K. L. M. N. O. Terni omnes. *F.* 84 *vacat.* —— Inter commentarium versio char. mai. est posita capitulatim. Bibl. acad. Lips.

1510, f. Textus trium librorum de Anima Aristotelis, cum commentario secundum doctrinam Alberti magni per Gerardum Herdervicensem, revisus per Io. de Nurtingen. Coloniae opera et impensis liberorum Henrici Quentel. Anno MDX.

1512, 4. Aristotelis, philosophorum Peripatetice familie Principis Libri tres de Anima. Noua et antiqua Translatione editi per Rudolphum Uasserburgensem. In Gymnasio Cracouiensi. Florianus Unglerius Ciuis Cracouien. Impressit. Anno domini 1512.

1514, f. Libri de anima. Aristotelis philosophorum peripatetici familie principis et auctoris: neclum pertractans: capita: et capitum sectiones siue partes, studiose distincti; verumetiam per commenta textus, in margine numerorum figuris signata (que prisca est apud eruditos magis probata, in Aristotele ptitio) diuisi: Accurata preterea castigatione reuisi. *Haec f.* 1 *a.* *F.* 2 *a* (*sign.* a ij) *versio incipit*, *finiturque f.* 36 *a*: Impressum est opus hoc haud inuobile (?) in famoso Oppido Lipsensi per Vuolfgangum Monacen. Anno virgineo Millesimoqngentesimodecimoquarto. —— Non eodem modo nitida, ut priores editiones. Bibl. acad. Lips.

1514, f. Textus trium Librorum Aristotelis de anima punctuatim emendatus cum interpretatione secundum viam Alberti, Aegidii et S. Thomae. Lips., per Conradum Baumgarten.

1514, f. — cum commentario Th. de Tio Caietani. Venetiis.

1519, 4. cum gemina versione. Cracoviae.

1520 (*nec* 1521), 4. Questiones perutiles librorum de anima Cum adiectione textus noue translationis Joannis Argyropoli Bisantij ab infandis erroribus nuper liberate et ad amussim castigate. *Infra*: Joannis Roserii Eleuteropolitani Austriaci Epigramma. *In fine*: Questiones librorum de Anima per Egregium Dominum Lutree sacre pagine licentiatum collecte ꝛ approbate. Uienne Austrie p Ioāne ꝫ Singrenīī. Anno Millesimo quingentesimo ꝛ vigesimo. —— Char. goth.

1555, 4. — latine per Joach. Perionium et Nic. Grouchium. Parisiis.

1574, 4. Aristotelis de anima libri tres, cum Averrois commentariis ex antiqua tralatione suae integritati restituta. His accessit eorundem librorum nova tralatio, ad Graeci exemplaris veritatem, et scholarum usum accommodata, Michaele Sophiano interprete. Adiecimus etiam Marci Antonii Passeri Januae disputationem ex eius lectionibus excerptam, in qua cum de horum de Anima librorum ordine, tum reliquorum naturalium serie pertractatur. Venetiis apud Iuntas.

1594, 4. — cum commentario Poli Lauredani. Venetiis.

## 4) Physicae auscultationes.

### aa) *integrae.*

#### *α) Sine l. et a. notitia.*

—, f. *Aristotelis octo libri physicorum seu de physico Auditu, quorum in calce f.*

238 *a* 1: Noue translationi de physico auditu: ꝛ veteri ab || Aueroi cordubensi commentate. Summi Aristote || lis philosophi ex stragyra grecie oppido Nicoma || chi medicine artis professoris filii. deo favente finis impositus est. (*Patavii, Laur. Canozius.* 1473.) —— 238 *ff.* Sine *sign. cust.* et num. *ff.* Char. goth. Nitidissimum huius rarissimi libri exemplar bibl. acad. Lips. adservat. Duabus columnis est impressus, ut reliquae Aristotelis scriptorum ex hac officina in luces publicam emissae editiones, *v.* antea 1) *β*), 2) *β*) et 3) *β*).

—, f. Textus librorum de physico au- || ditu Aristotelis summi philo || sophorum principis. *Haec f.* 1 *a. F.* 2 *a* (*sign.* A ij) *incipit textus:* QUoniam quidem intelligere et scire contigit circa || omnes scientia *etc. Finitur f.* 90 *a insigni typ. Martini Herbipolensis.* —— „Lipsiae per Martinum Herbipolensem", quod *Panzer* in Annal., T. I. p. 502, no. 309, eumque secutus *Hain* in Repert. bibliogr. Vol. I. no. 1684 adiiciunt, nusquam legitur. Char. goth. 24 lin. Manu adscriptum est annus 1498 in exemplari bibliothecae acad. Lips., quod vidi.

—, f. Copulata pulcherrima at || q; optima super octo libros Phisicorum Arestotel' cum textu. iuxta doctrinam excellentissimi doctoris sancti Tho || me de Aquino ordinis predicatorum. *Haec non num. f.* 1 *a. Num. f.* 1 *a* (*sign.* a i) *textus incipit, explicitque f.* 126 *a*: Copulata diligenti studio pmo correcta. atq; iterum || rum (?) secundo emendata (circa octo libros phisicorum Are || stotelis) artium magistri Lamberti de Monte. ac sac- || cre theologie pfessoris eximij. iuxta doctrinam excellen || tissimi Doctoris sancti Thome de Aquino ordinis predicatorum. feliciter finem habent. *F.* 127 *b*: Finis tabule. —— 128 num. *ff.* et cum *sign.* Char. goth. Fortasse *Coloniae per Quentell* impressus. Bibl. acad. Lips.

—, 4. Libri octo physicorum Aristotelis per Ioannem Argyropylum e graeco in latinum traducti. Joannis Camertis ordinis Minorum; theologorum minimi: in novam Aristotelis translationem: Epygramma. Disticha VI. *In fine*: Vienne Impressum per Jo. Winterburg.

*β*) *Cum l. et a. notitia.*

1514, f. ATHENAEVS. — *ΑΘΗΝΑΙΟΥ Δειπνοσοφιςου την πολυμαθεςατην πραγματειαν νυν εξεςι σοι φιλολογε, μικρου πριαμενῳ πολλων τε και μεγαλων και αξιομνημονευτων και θαυμαςων και ποικιλων και δαιδαλων και γλαφυρων και ων ισως προτερον ουκ ηδεις, ες γνωσιν ελθειν και ολως των της ελληνικης παιδειας αποθετων και δυσευρετων κειμηλιων εγκρατει γενεσθαι. Των δε βιβλιων πεντεκαιδεκα τον αριθμον οντων, τα μεν τρισκαιδεκα, ολοσχερη. Το δε τοι πρωτον και δευτερον επιτετμημενα σοι παρεχομεν. ακεφαλῳ σωματι κεφαλην αναγκασθεντες επιθειναι κολοβην. ανδρων ουν εστιν ευγνωμονων το ταυτι τα συγγραμματ᾽ αναλεγομενους, μαλιςα μεν τοις περι τον Αλδον τον πολυαθλον τε και πολυγραμματον ευχαριςειν. Ουχ ηκιςα δε και Μουσουρῳ τῳ διδασκαλῳ· τῳ ει και μη παντaπασιν ιασαμενῳ ταντιγραφον τωνδε των τυπων ανηκεςοις ελκεσι πολλαχη διεφθορον, αλλ᾽ ουν πολλας μεν μυριαδας διορθωσαντι σφαλματων πολλους δε ςιχους των παρεισαγομενων καταλογαδην προτερον αναγινωσκομενους και χυδην, εις την προσηκουσαν της εμμετρου ταξεως ευκρινειαν αποκαταςησαντι, χαριν ειδεναι.* **Infra Aldi insigne typ., iuxta quod:** ALDVS || M. R. *F.* 1 *b* **praefatio habetur inscripta:** ALDVS PIVS MANVTIVS IANO VYRTHESI PANNONIO. S. P. D. *et subscripta:* Venetijs Mense Augusto. M.D.XIIII. *F.* 2 *a* (num. pag. α 3, et *sign.* A 2) *incipit ignoti grammatici saec.* 7 *vel* 8 *epitome: ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΟΥ ΣΥΓΓΡΑΜΜΑΤΟΣ. ΔΑΙΤΥΜΟΝΩΝ ΚΑΤΑΛΟΓΟΣ. ΕΚ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΡΩΤΟΥ.* **in cuius fine p.** α38: *Μεχρι τουδε τα της επιτομης. εντευθεν αυτος ο αθηναιος.* **Deinde 1 vac. *f.*, quodque saepe desideratur; tum opus** Athenaei *pag.* 1 (*sign.* a) *libro III. incipit: ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΤΡΙΤΟΝ. ΣΙΚΥΟΙ. — ΣΥΚΑ. — ςελεων ραφανιδας σικυους τετταρας* etc. **Explicit** *p.* 294: *ΤΕΛΟΣ.* — A B a b c d e f g h i k l m n o p q r s t. — Omnes sunt quaterniones, exceptis A & B qui sunt quinterniones. & t ultimo qui est duernio. VENETIIS APVD ALDVM, ET ANDREAM SOCERVM MENSE AVGVSTO. M. D. XIIII. *Deinde* 1 *f. in cuius pagina versa insigne Aldi typ., ut in titulo.* —— Adnotandus est locus *Schweighaeuseri* in eiusdem praefat. T. I. p. XXV, quem *Renouard* in suo libro *Annales des Annales*, (1825, 8) T. I. p. 159 male intellexit. *Schweighaeuser* l. c. haec dixit: „Caeterum *ante hanc Editionem* Venetiis ab Aldo Musuroque curatam, iam *aliam* (nescio an Florentiae) tentatam non progressa videtur. Est apud me codex antiquus, quem nuper Brunckius noster filio meo Godofredo dono dedit, magno schedarum numero diversi generis constans, aliarum variis et diversissimi argumenti vetustis codicibus Graecis jam olim (vt videtur) discerptis conservatarum, aliarum Epistolas continentium autographas virorum doctorum, Graecorum praesertim, in-

itio seculi decimi quinti in Italia degentium, *etc.* Is codex olim Beati Rhenani fuerat, qui propria manu pluribus locis nomen suum inscripsit. In illarum schedarum numero unum est folium, cuius prior pagina exhibet luculentis typis, qui minime similes Aldinis sunt, excusum initium Epitomes Athenaei, hoc titulo: *ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΝΑΥΚΡΑΤΙΤΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΠΡΟΛΕΓΟΜΕΝΑ.* Contextus a primis verbis: *Αθηναιος μεν ο της βιβλου πατηρ*, una et triginta lineis, usque ad ista: *εν ταις αγυιαις· περιπατοις· βιβλιοπω* — progreditur, in quibus desinit. In imâ paginae orâ manu eiusdem, quem dixi *Rhenani* haec scripta sunt: Beati Rhenani sum. Nec muto dominum. AN. M. D. XIII. Basileae. Discedit nonnihil passim illud exemplum ab exemplo Aldino " Deinde illius folii variae lectiones exhibentur. Quae *Renouard* l. c. de *Schweighaeuseri* sententia dicit, est: „M. Schweighaeuser, p. 25 de la préface de son édition d'Athenée, parle d'une page d'essai in-fol., *specimen* d'une édition de ce livre, mais qui n'a pas eu lieu; et il croit cette page d'impression Aldine. Elle se trouve dans mes mains, faisant partie du Recueil de lettres et autres pièces grecques manuscrites et imprimées, que j'ai déja mentionné plusieurs fois en ces Annales, et que j'ai acquis de M. Schweighaeuser le fils. J'ai examiné avec attention cette feuille, et j'ai reconnu qu'elle n'est point d'édition Aldine, mais qu'elle a été imprimée à Bâle chez Froben ou chez Oporin." *Schweighaeuser* de principe editione, hoc iudicium in sua praefat. p. XXVIII. protulit: „Caeterum, quemadmodum et aliâs cum doctrinam suam, tum iudicium, egregie probaverat Musurus, sic et in recensendo Athenaeo compluribus utique in locis, ubi depravatos omnes esse codices cognovi, veram auctoris scripturam haud dubie felicissime ab hoc Editore restitutam esse intellexi. Verumtamen, ut taceam infinitum corruptorum locorum numerum, quae intacta ab illo relicta sunt, nimis etiam saepenumero vel probam codicum scripturam ab eodem alteratam atque adeo adulteratam, vel corruptae scripturae parum idoneam adhibitam medicinam, aut male instructos librorum errores liquide cognovi. Quod si eumdem codicem, quo ille usus est, tractare liceret; multo pluribus etiam fortasse locis idem ab eo factum comperiretur, ubi nunc haud satis certo definiri potest, e scriptone exemplo, an suo ex ingenio duxerit eam, quam vulgavit, lectionem." Praeterea *Gu. Dindorfii* iudicium ex eiusdem praefatione, pag. XIII sq. adscribendum duxi. Est: „*V* littera editionem principem designavimus Venetam Aldinam, cui dupliciter adversa fuit fortuna. nam et apographum Aldus habuit codicum qui postmodum innotuerunt deterrimo deterius et opera usus est Marci Musuri, qui quum non edendum tantum, sed emendandum etiam Athenaeum suscepisset, ita hoc negotio functus est ut in ea quae tum fuit artis criticae pueritia expectari potuit ab viro cetera egregio, sed natura paullo calidiore. Qui leviora vitia sane multa emendavit, sed non pauciora eadem quam ex Hesychio penitus cognitam habemus licentia interpolavit. In quo genere tanta fuit Musuri imprudentia ut non mutanda tantum scriptura peccaret saepissime, sed interdum etiam supplendo si quem verborum defectum apte restituere posse sibi videretur." Placet praeterea ex *Aldi* praefatione illum locum exhibere, ubi dicitur: „— Haec diximus uerbosius, ut cognosceres quàm utiles futuri sint tibi, et caeteris studiosis hi Athenaei libri, quos Musurus noster sic accurate recensuit collatos et cum multis exemplaribus, et cum Epitomate, ut infinitis penè in locis eos emendauerit, carminaq: quae ueluti prosa in alijs legebantur, in sua metra restituerit. Adde, quod primus, et secundus liber, qui in alijs deerant, ex epitomate additi sunt cum bona parte Tertij libri, erat. n. hic sine capite, quo factum est, ut ijdem ferè hi existimari possint, qui erant integri, quoniam ea est materia, ut non multa subtrahi ex eis potuerint. Habes igitur integros Athenaei libros *etc.*" Cum haec editio, praeter multa menda typographica, nonnullis gravibus lacunis [exempli gratia lib. XI. (p. 128 edit. Ald.), XV. (p. 191 edit. Ald., p. 674—696 edit. Casaub.) *etc.* inquinata sit, saepissime ad unam omnes fere editiones ex *Aldi* typographeo publicatas ob negligentiam nonnulli, sed iniuste condemnant. Bibl. sen. et acad. Lips.

1535, f. *ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑ.* ATHENAEI DIPNOSOPHISTARVM, HOC EST argutè scitéq; in conuiuio disserentum. Lib. XV. Quibus nunc quantum operae ac diligentiae adhibitum sit, satis fidei erit, quòd nunquam antehac lector eo scriptore neq; integrius, neq; commodius, siue castigationem, siue fructuum ex illius scriptis perceptionem spectes, est usus. In quam rationem describi curauimus, Primum. — ELENCHON titulorum, quo quid, quóue in libro prçcipué disputatur, facilè cogno-

scitur. Deinde — CATALOGVM scriptorum; quos ipse Athenaeus citat: ubi innumera uetustatis monumenta leguntur. — SYLVVLAM ad hęc prouerbiorum singulari uenustate. Item — ANNOTATIONES in eundem, ex doctorum hominum lucubrationibus animaduersas. Postremo — INDICES duos, Graecum alterum, alterum Latinum, quibus omnium rerum quaecunq; in his libris tractari solent, prompta tibi & expedita copia fiet. — *ησυχῳ ποδι.* *Infra insigne typ.*, *cum:* VALDE RVS. — Quo segnius, eo perseuerantius. BASILEAE APVD IOANNEM VALDERVM MENSE SEPTEMB. ANNO M. D. XXXV. *In calce:* *ΤΕΛΟΣ.* — *Ετυπωθη εν Βασιλειᾳ αναλωμασι και επιμελειᾳ Ιωαννου Βαλδερου. ετει τω της ενσαρκου οικονομιας του κυριου ημων Ιησου χριςου, χιλιοςῳ πεντακοσιοςῳ τριακοςῳ πεμπτῳ, μηνι Μεμακτηριωνι.* *In pagina versa insigne typ.* —— 34 *ff.* praefixa, contin. titulum, praefationem *Iac. Bedroti*, quam illa *Aldi* sequitur, Indices et: Annotationes in Athenaei loca quaedam annotationes ex Budei, Erasmi Roterodami, aliorumq; eruditorum lucubrationibus diligenter collectae, et 337 pp. *Bedrotus*, qui sibi *Ch. Herlinum* in edendo Athenaeo coniunxit, nullis codicibus mstis adhibitis editionem curavit, ut in praefationis loco mox exhibendo ipse profitetur; ille est: „In spem, equidem nonnullam erratis aliquam multis medendi nos erexerat scriptum exemplum, quod in Reuchlini bibliotheca latere iactabant: verum quum studiosius qualenam sit inquiro, idque ex fide dignissimis et oculatis testibus; deprehendi istuc Aldino non adsimile esse, quod eaedem fere dictionum aut mutilationes, aut *παραγωγαι*, plus satis declarant: atque, ut verbo dicam, tale omnino esse fertur, ut Reuchlinus illud nunquam sibi usui diserte sit testatus. Cum igitur istud ipsum nihil operae pretii allaturum satis hinc didicissem, a *βιβλιοταφοις* nescio quibus emendicare improbius, quidquid est, nolui.“ Nunc *Schweighaeuseri* iudicium de hac editione ex eiusdem praefat. p. XXXI. exhibeo: „Utique multis vitiis, *inquit*, premitur haec Editio, in qua non modo pars longe maxima eorum repetita est errorum, quibus Aldina laborabat; verum etiam cum alibi nonnumquam temere discessit Editor a probâ Veneti exempli scripturâ, aut errorem non correxit, sed alio mutavit errore; tum vero in eo praesertim instituto, quod ipse in Praefatione professus est, nempe in locis, quae ex Aristotele, Platone aliisque adferuntur, ex praescripto editionum earum corrigendis, quibus eorundem auctorum opera continentur, lubricâ nonnumquam atque etiam prorsus perversâ ratione usus est, ut *etc.* Sed hoc qualecumque sit, habet sane et alias multas commoditates haec Editio, *etc.* In bibl. acad. Lips. exemplar cum notis mstis *C. Rittershusii* maxime criticis adservatur.

1597 (*nec* 1596), — (*tit. n.*) 1598 (*nec* 1597), f. *ΑΘΗΝΑΙΟΥ ΔΕΙΠΝΟΣΟΦΙΣΤΩΝ ΒΙΒΛΙΑ ΠΕΝΤΕΚΑΙΔΕΚΑ.* ATHENAEI DEIPNOPHISTARVM LIBRI XV. Cura et studio Isaaci Casauboni, Bibliothecae Palatinae, Vaticanae, aliarumque ope, auctiores emendatioresque editi. Cum interpretatione Latina Iacobi Dalechampii Cadomensis. Adiecti sunt Indices Rerum, Scriptorum, Proverbiorum, Vocum, accuratissimi. Apud Hieronymum Commelinum Anno M. D. XCVII. (*Impress. Genevae in P. Stephani officina.*) —— 1 *f.*, 702 pp. et 25 *ff.*: Index rerum memorabilium (*Dalecampii*). Attamen prolegomena, et Fragmenta Athenaei collecta, quae *Casaubonus* in praefatione ad suas Animadversiones (*v.* infra *III.*) commemorat, desiderantur. Titulus mutatus, cuius supra mentionem feci, est post verba: „LIBRI XV.“ *sic*: Isaacvs Casavbonvs recensuit, et ex antiquis membranis suppleuit, auxitque. Adiecti sunt eivsdem Casavboni in eundem scriptorem Animaduersionum libri XV. Addita est et Iacobi Dalechampii Cadomensis, Latina interpretatio, cum notis marginalibus. Cum necessarijs indicibus. Apud Hieronymum Commelinum. Anno M. D. XCVIII. De *Casauboni* in Athenaeo edendo meritis *Schweighaeuser* in sua praefatione p. XLIX sqq. distincte egit. Bibl. acad. Lips.

1612, f. *Αθηναιου Δειπνοσοφιστων βιβλια πεντεκαιδεκα.* Athenaei Deipnosophistarvm libri qvindecim, cvm Jacobi Dalechampii cadomensis Latina interpretatione, vltimùm ab autore recognita; et notis eiusdem ad calcem remissis. Editio postrema: In qua vltra ea quae antè Isaacvs Casaubonus recensuit, et ex Antiquis membranis supplevit, auxitque adiectae sunt margini ex eiusdem Casauboni in Auctorem Animadversionum libris XV. variae lectiones, et coniecturae. Accesserunt in Textv notae ad singulas voces et ipsius authoris loca, quae in iis libris tractantur et examinantur. Cum necessariis indicibus. LUGDUNI apud

viduam Antonii de Harsy. MDCXII. —— Auctior sed negligentius curata prioris repetitio. *Dalecampius* insuper adiecit indices: 1) Scriptorum, quibus Athenaeus uti solet, et eorum quae quisque scripserit, Catalogus. 2) Elenchus Titulorum, quo praecipua singulorum librorum capita ac summae continentur. 3) Quae apud Athenaeum leguntur Deipnosophistarum Nomina. 4) Index Graecarum Dictionum, quae sparsim in hoc opere aut leguntur tantum, aut etiam explicantur. 5) Proverbia, quibus sparsim in libris Deipnosophistarum Athenaeus utitur. Praeterea hac in editione notae prioris marginales in calcem sunt reiectae.

1657, f. *Ἀθηναίου Δειπνοσοφιστῶν βιβλία πεντεκαίδεκα.* Athenaei Deipnosophistarvm libri quindecim, cum Iacobi Dalechampii Cadomensis Latina versione necnon eiusdem Adnotationibus et emendationibus ad operis calcem reiectis. Editio postrema iuxta Isaaci Casauboni Recensionem, adornata, additis margini eiusdem variis lectionibus et coniecturis. Accessere in aliquot Athenaei loca, virorum duorum Illustrium Coniectanea argutissima, nunquam hactenus edita, quae notas Dalechampij praecedunt. Cum Indicibus necessariis. Lugduni, sumtibus Io. Ant. Huguetam et Marci Ant. Ravaud. —— Praeter quas *Paulus Fermat* notas addidit, prorsus prioris repetitio est. Contextui graeco versio latina a p. 1 — 702 e regione posita est, postea a p. 703 — 812 coniecturae aliquot et notae *Dalecampii* exhibentur, quas tabulae excipiunt. Bibl. sen. Lips.

1796, 8. *Ἀθηναίου δειπνοσοφιστῶν βιβλία πεντεκαίδεκα.* Athenaei Deipnosophistarum libri quindecim; ad editionem lugdunensem postremam emendatius expressi. Accedunt Villebrunii interpretatio gallica et notae itemque Isaaci Casauboni animadversiones integrae curavit, Virorum doctorum emendationes, annotationes vel editas vel ineditas adjecit, indices novos confecit Gf. H. Schaefer. Lps., Schaefer (*nunc* Kühn). *Voll. III.* —— XX, 334; XVI, 540 et 1 *f.*: Corrigenda; XVI, 490 pp. Primo volumine quinque priorum librorum contextus graecus, volumine secundo *Villebrunii* versio gallica, et volumine tertio notae continentur. 4 *Th.*, ch. scr. 6 *Th.*

1801 — 1807, 8. *Ἀθηναίου Ναυκρατίτου Δειπνοσοφισταί.* Athenaei Naucratitae Deipnosophistarum Libri quindecim ex optimis codicibus nunc primum collatis emendavit ac supplevit nova latina versione et animadversionibus cum Is. Casauboni aliorumque tum suis illustravit commodisque indicibus instruxit Iohannes Schweighäuser *etc.* Arg., ex typographia soc. Bipontinae. *Voll. XIV.* —— Vol. I—V. contextum graecum versionemque latinam habent; Vol. VI - XIII. singulari hoc titulo: Animadversiones in Athenaei Deipnosophistas post Isaacum Casaubonum conscripsit Iohannes Schweighaeuser, *etc.* sunt instructa; Vol. XIV. tres Indices comprehendit; index vero graecitatis non prodiit. Continentur Tom. I. (Anno IX. 1801) praeter prolegomena, lib. I — III. CXX, 505; T. II. (A. X. 1802) 557; T. III. (A. XI. 1803) 529; T. IV. (A. XII. 1804) 575; T. V. (A. XIII. 1805) 584 pp. — T. I. Animadvv. in lib. I. et II. (A. IX. 1801) 515; T. II. Animadvv. in lib. III. et IV. (A. X. 1802) 686; T. III. Animadvv. in V. et VI. (A. X. 1802) 619; T. IV. Animadvv. in lib. VII. et VIII. (A. XI. 1803) 690; T. V. Animadvv. in lib. IX. et X. (A. XII. 1804) 605; T. VI. Animadvv. in lib. XI. et XII. (A. XII. 1804) 542; T. VII. Animadvv. in lib. XIII. et XIV. (A. XIII. 1805) 704; T. VIII. Animadvv. in lib. XV. cum Addendis ad libros superiores. (A. XIII. 1805) 518 pp. 42 *Th.*, ch. membr. 56 *Th.* Ad fidem codicum mstorum usque ad illud tempus non adhibitorum, ad variorum doctorum hominum animadversiones coniecturasque illorum et editoris novam et laudandam recensionem constituit. Conf. *Petri Elmsleji* censuram sex priorum voluminum in *ER.*, Vol. III. (1803) p. 181 — 194; tum censuras in ephem. litt. Goth. 1802. 101. p. 878 sqq.: ephem. litt. Hallens. 1802. no. 162 et 163; et *Iacobsii* 1804. no. 61. 62. 63; 1805. no. 14. 15. 16. 17, et *ib.* in additam. 1806. no. 75. 76. 77; et in ephem. litt. Jenens. 1806. no. 247. 248. 249. 250. 251; et in ephem. litt. Lips. 1804. no. 3. p. 517 sqq., 1805. no. 37. p. 577 sqq.

1827, 8. Athenaeus. Ex recensione Gu. Dindorfii. Lps., Weidmann. *Voll. III.* —— 9 *Th.*, ch. scr. 10 *Th.* 12 *Gr.*, ch. membr. 12 *Th.* Textui subiecta est brevis varietas lectionis. Vol. IV. et V., quae tamen adhuc non prodierunt commentaria comprehendent. Conf. censuram in *Iahnii* Annal. 1829. I. p. 308 — 343.

## II. *Editiones versionum.*

### A. latinarum.

1556, f. Athenaei Dipnosophistarum siue Coenae sapientum Libri XV. Na-

tale de Comitibvs Veneto nvnc primum e Graeca in Latinam linguam uertente. Complvribvs ex Manvscriptis antiqvissimis exemplaribus additis: quae in Graecè hactenus impressis uoluminibus non reperiebantur. Ad potentissimum Ferdinandum, Pannoniae, Boemiae, ac Romanorum Regem. Cum priuilegio summi Pontificis Pauli IIII. & Illustriss. Senatus Veneti in annos XX. *Infra fig. xyl., cum inscriptione:* Qvi biberit ex hac aqva non sitiet in aeternum. *Infra:* Venetiis apud Andream Arriuabenum ad signum Putei. MDLVI. —— 6 *ff.* praefixa, 28 pp. et 6 *ff.*: Index eorvm omnivm, quae in toto hoc Athenaei opere obseruatione digna uisa sunt. Nitide impressus. Rep. in seqq. Bibl. sen. Lips.

1556, 8. Athenaei Dipnosophistarum siue Coenae sapientum Libri XV. Natale de Comitibus Veneto nunc primum è Graeca in Latinam linguam uertente. Complvribvs ex manvscriptis antiquissimis exemplaribus, Mediceae praesertim bibliothecae, in hac posteriore editione additis, quae in Graecè hactenus impressis uoluminibus non reperiebantur. Cum Caes. Maiestatis gratia & priuilegio. BASILEAE. *In calce:* BASILEAE PER HENRICHVM PETRI, MENSE AVGVSTO ANNO M.D.LVI. —— 6 *ff.* contin. titulum et praefationem *etc.*, 7 *ff.*: Omnia qvae in his libris continentvr, per capita singulorum librorum diuisa; 13 *ff.*: Index eorvm omnivm, qvae in toto hoc Athenaei opere obseruatione digna uisa sunt. 1122 pp., et 1 *f.* cum supra indicata subscriptione, in cuius pagina versa insigne typ. habetur. *Schweighaeuser* in praefatione sua p. XXXIV sq. *Casauboni* iudicium de hac editione omnino probavit sic dicens: „Etsi erat vir non indoctus Natalis, quod alia ipsius testantur scripta, versio tamen ab eo edita est adeo nullius frugis, aut tam exiguae, ut praeter egregiae voluntatis testimonium nihil penitus inde laudis reportaverit." Exceptis aliquot emendationibus prorsus ex editione principe repetita est. Bibl. sen. Lips.

1556, 8. Athenaei Dipnosophistarum s. coenae sapientium libri XV. Natale de Comitibus Veneto nunc primum e Graeca in latinam linguam vertente: cum pluribus ex manuscriptis antiquissimis exemplaribus additis: quae in graece hactenus impressis voluminibus non reperiebatur: *etc. Infra fig. xyl. cum inscriptione:* Poco a Poco. *Infra:* Lugduni apud Sebast. Bartholomaei Honarti. MDLVI. *In calce:* Lugduni, Iacob. Faure excudebat. —— 12 non num. *ff.* praefixa, 898 pp., 14 non num. *ff.*: Index, et in pagina ultimi *f.* versa iam data subscriptio habetur.

1583, f. mai. ATHENAEI NAUCRATITIS. — DEIPNOSOPHISTARUM Libri quindecim, variis omnium fere rerum narrationibus iucundissimi, lectuque dignissimi, quantâ maximâ fieri potuit curâ, diligentia, fide, in Latinum sermonem versi a Iacobo Dalechampio Cadomensi. Anno M.D.LXXXIII. Lugduni apud Anton de Harsy. —— Ut iam *Schweighaeuser* in praefat. sua p. XL. not. *s* recte monuit, non satis accurate distincteque et *Fabricius* in Bibl. Gr. T. III. p. 633 sq. (et in edit. nova T. V. p. 607), et *Harlesius* in sua Introductione, T. II. P. I. p. 232, ubi dicitur: „cum versione latina et notulis Dalechampii", hanc versionem indicaverunt, cum ex illis indiciis ibi graecum quoque contextum praeter versionem latinam haberi luculenter colligi possit. *Dalecampii* versio, cum priorum interpretum, ut *Canteri*, *Mureti* et *Victorii* in Variis Lectionibus, animadversiones tum criticas tum exegeticas diligenter in suum usum converteret, plurimum valet, priorique praeferenda est.

## B. gallicarum.

1680, 4. Les quinze livres des deipnosophistes d'Athénée de la ville de Naucrate d'Egypte, ecrivain d'une érudition consommee, et presque le plus sçavant des Grecs. Ouvrage delicieux. ... trad. pour la premiere fois en françois, sans l'avoir jamais esté en quelque Langue vulgaire que ce soit sur le grec original, apres les versions latines de Natalis Comes de Padoue et de Jacques d'Alechamp de Caën Medecin fameux. Paris, Jacques Langlois 1680. —— 4 *ff.* praefixa, cont titulum, et dedicationem ad Ducem de Montausier, et Privilegium; p. IX — XLVI: discours en quelque façon necessaire, pour tenir lieu de preface sur la version d'Athénée; p. XLVII — LXXII: Reflexions et all. (*i. e.* p. LXII. effigies Abbatis M. de Marolles.) Dedicatio subsignata est: „l'Abbé de M." Omnes quindecim libri conversi, nec ut a *Fabricio* in Bibl. Gr., et ab iis qui illum secuti sunt, dicitur, priores quinque modo libri, continentur hic a p. 1 — 1040; Table des noms et choses principales p. 1053 — 1057; Table chorographique p. 1058 —

1065; Table des noms des autheurs philosophes *etc.* cites dans les quinzes livres d'Athenée p. 1066 — 1073; Les noms des poets allegues par Athenee p. 1074 — 1090. Haec versio rarissimis libris adnumeranda, cum ut in *Artigny* Mélanges, T. I. p. 383 adnotatur, tantummodo 25 exemplaria typis excusa sint. Dedicationis exemplar in ch. m. in librorum *Gaignatii* a. 1769 habita auctione pretio 180 *L.* venditum est, cf. *Peignot* Répertoire de bibliographies spéciales (Paris. 1810.) p. 9 sq.; aliud exemplar in Bibliotheca Parisina. A catalogue of a Collections of books formed by a Gentleman in France (Ld., 1791, 8) no. 439 indicatum pretio 2 *L.* 19 *sh.* addictum est. Titulus satis accurate indicatur in Catalogue des Livres de la bibliotheque du Duc de la Valliere, P. I. T. II. (Paris. 1783, 8) no. 4197.

1789—1791, 4. Banquet des Savans par Athenée, traduit tant sur les Textes imprimes, que sur plusieurs Manuscrits, par M. Lefevre de Villebrune. Paris. *Voll.* *V.* —— 144 *fr.* Quamquam duo codices msti Paris. (no. 3056 et 1853) in hac versione paranda sunt adhibiti, tamen non magni in Francogallia ipsa habetur, ut ex iudicio in *Schoellii* Répertoire de Littérature ancienne, T. I. (Paris, 1808, 8) prolato his verbis: „Cette traduction, imprimée avec beaucoup de luxe, est très-mauvaise. Un savant critique prétend y avoir trouvé, de compte fait, six mille fautes." liquet.

## III. *Illustrantia Athenaeum scripta.*

( ) Animadversiones in Eustathium, Athenaeum et Suidam. —— *V.* in Miscellaneis Obss., Vol. I. T. III. p. 309 — 316.

(*R. W.*) Illustration of a Passage of Callixenus respecting egyptian Architecture. —— *V.* in Museo crit. Cantabrig., T. II. p. 241 — 243. Spectat ad Athenaei I. cum V. p. 293 edit. Schw.

I. Glo. *Bidermann:* De Graecia Aenigmatum studiosa praefatus. (Dresd., 1769, 4) —— *V.* no. CXXXIII. p. 4 sq.

C. A. *Böttiger:* Ein Fragment des Idomeneus bei Athen. XII. p. 533 D. oder cap. 45. p. 481. —— *V* eiusdem *Amalthea*, Vol. III. p. 346; conf. *Valckenaerium* ad Callimachi elegiarum fragmenta, p. 211.

Isaaci *Casauboni* Animadversionum in Athenaei Deipnosophistas Libri XV. Opus nunc primum in lucem editum: quo non solum Athenaei libri quindecim κατα ποδα recensentur, illustrantur, emendantur; verum etiam multorum aliorum Scriptorum loci multi quà explicantur, quà corriguntur. Lugduni apud Ant. de Harsy. MDC. *fol.* —— Adiuncta sunt in calce 16 *ff.*: Addenda et suis locis inserenda, *et* tres Indices: 1) Index Auctorum; 2) Graecarum dictionum aut locutionum, quae in Animadversionibus explicantur; 3) Index rerum et verborum latinorum, quae Animadversionum libris explicantur. Repetitae sunt *ib.*, 1621; iterumque adiectis verbis in titulo: „Editio postrema, Authoris cura diligenter recognita, et ubique doctissimis additionibus aucta, suisque Indicibus illustrata. Lugduni, sumptibus Ioannis-Antonii Huguetan, et Marci-Antonii Ravaud. 1664. Haec postrema repetitio cum illa contextus editione a. 1657 edita saepissime coniungitur, ita ut duobus tomis constet.

P. L. *Courier:* Essay sur Athenée. —— *V.* in Magasin Encyclopédique, (1802) Vol. II. P. II. p. 325 — 364.

C. G. A. *Erfurdt:* Observationum criticarum maxime in Athenaei Deipnosophistas Partt. II. Regiomonti, typis acad. 1812, 8. —— 32 pp. Rep. *v.* in Königsberger Archiv f. Philosophie, Theologie, Sprachkunde u. Geschichte, Vol. I. (1812, 8) P. III. p. 424 — 472.

Raph. *Fiorillo:* Observationes criticae in Athenaeum. Pars I. Gottingae, typis H. Dieterich. MDCCCIII. (*nec* 1802) 8 mai. —— IV, 120 pp. et 1 *f.*: Index scriptorum qui in observationibus criticis emendantur.

Adriani *Heringae* Observationes criticae in Athenaeum. —— *V.* eiusdem Observationum criticarum librum singularem. (Leovardiae, ap. Coulon. 1749, 8) p. 173 — 182, p. 205 — 208, p. 211, 224, 276, 278, 279, 285, 286, 287, 297 — 300.

F. *Jacobs:* Spicilegium observationum et emendationum ad Schweighaeuseri editionem Athenaei. —— *V.* in *A. Matthiae* Miscellaneis Philologicis. (Altenb., 1805, 8.) Vol. II. P. III. p. 1 — 76.

— —: Additamenta animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. In quibus et multa Athenaei et plurima aliorum scriptorum loca tractantur. Jn., sumtibus F. Frommanni. 1809, 8 mai. —— XII, 399 pp. Nunc 1 *Th.*, ch. scr. 1 *Th.* 12 *Gr.* Censuram sign. *F. G.* v. in ephem. litter. Jenens. 1810. no. 156 et no. 157 ubi multa et gravia contra disputantur.

A. *Meineke*: Curae criticae in Comicorum fragmenta ab Athenaeo servata. Brl., venditur in bibliopolio Maureriano. 1814, 8 mai. — 76 pp. et 1 *f.*: Corrigenda et addenda. 8 *Gr.*

B. G. *Niebuhr*: Ueber den Chremonideischen Krieg. — *V.* in Rheinisch. Museum. *An. I.* (1827) Sect. II. fasc. I. et II. p. 159 — 168. Dissertationi locus Athenaei VI. p. 250 sq. substratus est.

Rich. *Porsoni* Notae et Emendationes in Athenaeum. — *V.* in eiusdem Adversariis. (Ld., 1812, 8 mai.; rep. *Lps.*, *Weigel.* 1814, 8) p. 43 — 148. Alias notas *v.* in Tracts and Miscellaneous Criticisms of R. Porson. (Ld., 1815, 8) p. 232 — 249.

A. W. *v. Schlegel*: Herstellung e. Lesart. beym Athenaeus. — In eiusdem Indische Bibl. Vol. I. p. 245 sqq.

Fr. *Sevin*: Correction d'un passage d'Athenée, Livr. III. qui regarde Syceas. — *V.* in Mém. de l'Acad. des Inscr., T. III. hist. p. 133; edit. 8., T. II. hist. p. 210; et in *Gottschedii* versione germanica, T. II. p. 163.

Val. *Slothouwer*: Animadversiones criticae in veteres auctores classicos. — *V.* in Artis Litterat Soc. Rheno-Trajectinis, T. III. p. 111 — 193.

Steph. *Weston*: Hermesianax; sive Conjecturae in Athenaeum atque aliquot poetarum graecorum loca, quae cum corriguntur et explicantur tum carmine donantur. Londini, Cura et Sumptibus J. Nichols. MDCCLXXXIV. 8 mai. — VIII, 130 pp. 3 *sh.*

## ATHENAEUS Mechanicus.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 587 sq.; *ed. n.* T. IV. p. 222 sqq.

1693, f. Athenaei, Mechanici, Liber de Machinis bellicis, Graece et Latine. — *V.* inter Mathematicos veteres. (Paris.) p. 1 — 12.

## ATHENAGORAS.

Fabr. B. Gr. T. V. p. 85 sqq., T. VI. p. 800 sqq.; *ed. n.* T. VII. p. 95 sqq.

### I. *Editiones textus.*

#### Aa) *Opera coniunctim edita.*

1557, 8. *ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ ΑΘΗΝΑΙΟΥ φιλοσοφου χριστιανου απολογια περι χριστιανων. Του αυτου, περι αναστασεως νεκρων.* ATHENAGORAE ATHENiensis philosophi Christiani apologia pro Christianis, ad Imperatores Antoninum et Commodum. Eiusdem De resurrectione mortuorum. Ex antiquis exemplaribus libellus ille nunc primum profertur, hic autem castigatior quam antea editur. Uterque Graece et Latine. Ex officina H. Stephani. An. M. D. LVII. — 208 pp. Versio latina est *Cn. Gesneri*, notaeque H. *Stephani*. Quatuor codices msti sunt adhibiti. Bibl. sen. Lips.

1559, f. — cum iisdem versionibus, et Gesneri ad Apologiam, H. Stephani ad utrumque notis. — *V.* in *Θεολογων διαφορων συγγραμματα παλαια και ορθοδοξα, etc.* (Tiguri, apud And. Gesnerum). Ex praecedenti editione repetita est.

1624, f. — edidit Fronto Ducaeus. — *V.* Auctarium bibl. Patrum. (Paris.) Vol. I. p. 50 sqq.

1682, 12. *Του εν αγιοις πατρος ημων ΑΘΗΝΑΓΟΡΟΥ Αθηναιου φιλοσοφου Σωζομενα.* S. Patris Athenagorae Philosophi Atheniensis Opera, ad Mss. fidem recognita (*cura I. Felli*). Oxonii, è theatro Sheldoniano.

1684 — 1685, 8 min. *Αθηναγορου Αθηναιου φιλοσοφου χριστιανου πρεσβεια περι χριστιανων.* Athenagorae Athen. Philosophi legatio pro Christianis ad Imperatores *etc.* cum Suffridi Petri. Cum Annotationibus *etc.* L. A. Rechenbergi. Lipsiae, A. *M. DC. LXXXIV.* Apud Io. F. Gleditsch. — *Αθηναγορου Αθηναιου φιλοσοφου χριστιανου περι αναστασεως των νεκρων.* Athenagorae Atheniensis Philosophi Christiani De Resurrectione Mortuorum Cum Annotationibus, Opera et Studio L. A. Rechenbergi, P. P. Lipsiae, A. *M. DC. LXXXV.* Apud Io. F. Gleditsch. Stanno Chph. Fleischeri. *Voll. II.*

1686, f. — graece et latine, cum annotationibus, ex editione a. 1557. — Cum Iustini *Martyris* Operibus. Coloniae.

1706, 8. *Του αγιου Αθηναγορου Αθηναιου φιλοσοφου πρεσβεια περι χριστιανων, του αυτου περι αναστασεως νεκρων. Εκ Θεατρου εν Οξονια. Ετει Θεογονιας αψς.* *Titulus lat. separatim*: Sancti Athenagorae Atheniensis Philosophi Legatio pro Christianis Ad Imperatores M. Aurelium Antoninum, et L. Aurelium Commodum. Eiusdem, de resurrectione mortuorum. Accedunt Latina Versio, Emendationes, Variantes Lectiones, Annotationes, atque Indices necessarii. Cura et Studio Ed. Dechair. Ox., Sheldon. — 8 *ff.* praefixa, 127 pp.; 4 *ff.* Indices. In paranda hac nova recensione, cui

editio a. 1624 substrata est, quatuor codices msti sunt adhibiti Prioris partis versio ex illa *Gesneri*, secundae partis ex illa *Pet. Nannii*, sed, subsidiis criticis adhibitis, repetita est. Bibl. acad. Lips.

1742, f. — graece et latine cum notis Prudentii Marani. — Cum Iustino *Martyre*. (Hag. Com.) p. 277 sqq. *Maranus* codices mstos adhibuit.

1777, 8. — graece et latine. — In collectione Patrum edidit Fr. Oberthür. (Würceb.) T. III. *V.* Patres.

1788, f. — gr. et lat. — *V.* in *Gallandii* Bibl. PP. (Vt.) T II. p. 3 sqq. *V.* Patres.

## Bb) *Opera singulatim edita.*

### 1) de Resurrectione.

1541, 4. Athenagorae, Atheniensis, Philosophi Christiani, liber de Resurrectione Mortuorum. Graece et Latine, Pet. Nannio Alcmariano interprete, Lovanii in Collegio trilingui Latinarum literarum Professore. Lovanii, apud Bth. Graevium. — Sic *Maittaire* in Annal., T. III. p. 323.

1541, 4. Athenagorae *etc.* Liber de resurrectione mortuorum, cum versione latina Petri Nannii Alcmariani. Paris., Ch. Wechel.

1550, f. *Αθηναγορου Αθηναιου φιλοσοφου χριστιανου περι αναστασεως των νεκρων.* Athenagorae Atheniensis Philosophi Christiani de mortuorum resurrectione, Petro Nannio interprete. — *V.* in *Μικροπρεσβυτικον.* *(Bs.)* p. 471 — 494.

1555, f. — graece et latine. — *V.* in Orthodoxographis. (Bs.) p. 351 — 376.

### 2) Apologia *sive* Deprecatio.

1577, 8. Athenagorae Atheniensis philosophi Christiani Apologia pro Christianis; Graecè, et seorsim Latinè Conrado Gesnero interprete. Parisiis, apud I. Benenatum. M. D. LXXVII. — Sic *Maittaire* in Annal., T. V. p. 89.

1774, 8. Athenagorae deprecatio (vulgo legatio) pro Christianis, cum varietate lectionis et perpetuo commentario *M.* Io. Gottlieb Lindneri. Longosalissae, apud Martini. *Ad hoc pertinent: M.* Io. Gli. Lindneri Cvrae posteriores in Athenagorae deprecationem pro christianis. Longosalissae, 1775, apud Ioh. Ch. Martini. — Contextui greco adiectae notae sunt magni aestimandae.

## II. *Editiones versionum.*

### A. latinarum.

## Aa) *Opera coniunctim edita.*

1575, — 1589, — 1609, f. Athenagorae Apologia ex Cn. Gesneri, et liber de Resurrectione ex Nannii versione. — Rep. in Bibliothecis Patrum.

1618, f. — *V.* in Bibl. Patrum Coloniensi.

1650, 8. — latine. — *V.* in *Fr. Rous* Mella Patrum. (Ld.) p. 134 — 148. Ex prioribus versionibus repetitae.

1677, f. — *V.* in Bibl. Max. Patrum. (Lugd.) T. II. P. II. p. 147 — 165.

## Bb) *Opera singulatim edita.*

### 1) De Resurrectione.

1498, 4. Athenagoras de resurrectione (, *Marsilio Ficino interprete*). Xenocrates de morte, interprete Marsilio Ficino. Cebetis tabula latine per Ludov. Odaxium. Parisiis, per magistrum Guidonem Mercatorem 1498. die XVIII. Augusti.

1498, f. Athenagorae Philosophi de resurrectione, Georgio Valla interprete. — Cum Nicephori Logicis, aliorumque opusculis; in quorum fine: Impressum Venetiis per Simonem Papiensem dictum Beuilaquam. die ultimo Septembris, *etc.*

1499, f. Athenagore philosophi de resurrectione, Georgio Valla placentino interprete. — Cum Nicephori Logicis, aliorumque opusculis, interprete Valla, in quorum calce: Impressus Vicentiae Anno Salutis || M ccccxcix. xvii. Kalendas Ianuarias per Henricum de Sancto || Vrso *etc.* Bibl. acad. Lips.

1516, — 1520, — 1522, 4. — Marsilio Ficino interprete. — Cum Aenea *Gazaeo.*

### 2) Apologia.

1567, 8. Athenagorae Atheniensis Philosophi Apologia, vel Legatio, vel potius Supplicatio pro Christianis: ad Imperatores Antoninum et Commodum: A Suffrido Petro Leouardiense Frisio in Latinum ex Graeco translata, et iustis commentarijs illustrata: adiectis etiam castigationibus eiusdem, quibus textus graecus à mendis plurimis repurgatur, et integritati suae restituitur. Habes hic

amice Lector, cùm alia permulta scitu digna ex intimis Antiquitatis penetralibus eruta, tum vniuersam pene nascentis Ecclesiae historiam, summa cum diligentia explicatam. Coloniae, Apud haeredes Arnoldi Birckmanni. Anno M. D. LXVII. Cum gratia et priuilegio Caes. Maiest. ad decen. —— 6 *ff.* et 2 vac. *ff.*, 393 pp.: „*Errata;*" et 2 vac. *ff.* Bibl. sen. Lips.

## B. gallicarum.

### 1) De Resurrectione.

1753, 8. De la Résurrection des morts, trad. du grec d'Athenagoras, par le P. L. Renier. Breslau, 1753, 8.

### 2) Apologia.

1574, 8. Apologie d'Athenagoras, pour la deffense des Chrestiens, tournée du Grec de l'auteur, et du Latin de Conradus Gesnerus, avec les annotations de Suffridius, Frisien; le tout de la version de Gay Gaussart Flamignon. Paris, Simon Calvarin.

### 3) de vero et perfecto Amore.

1599, — 1612, 12. Du vray et parfait Amour, escrit en Grec par Athenagoras Philosophe Athenien; contenant les Amours honnestes de Theogone et de Charide, de Pherecides et de Melangenie: traduit du Grec d'Athenagoras, (*composée par Fumée de Genillé.*) A Paris, chez Dn. Guillemout. *Voll. II.* —— Genuinum esse hoc opus omnes uno fere tenore negant, et supposititium priore tempore opus habent. Conf. *Huet* in Traité de l'Origine des Romans. (Paris., 1693, 12) p. 68 sqq.

## C. italicarum.

### Aa) *Opera omnia coniunctim edita.*

1801, 8. Opere di Atenagora Ateniese, filosofo cristiano, dal greco in ital. con prefazione e con note, da Giov. Battista Gallicciolì. In Venezia.

### Bb) *Opera singulatim edita.*

1556, 4. Athenagora, Atheniese, Philosopho Christiano, della risurrettione de' morti, tradotto in lingva italiana da Girolamo Faleti: Con una oratione della natiuità di Christo, composta dal medesimo Faleti. — In Venetia, M. D. LVI. —— 4 *ff.* praefixa, et 60 usque tantummodo LVI errore numerata *ff.* Bibl. acad. Lips.

(1735,) 4. Atenagora *etc.* tradotto in lingua italiana da Girolamo Faleti *etc.* In Verona, Nella stamparia della Fenice di Angelo Targa. Con Licenza de' Superiori. —— Dedicatio „Al Nobilissimo Sig. Co: Ottavio de' Venerosi della Riva *etc.*" subscripta est: „Li 30. Luglio 1735. Verona." Ut *Paitoni* in Bibliotheca, T. I. p. 134 indicat, nitida editio est. Fortasse haec fuit editio, quam *Vallière* sine l. et a. notitia *in*-4 possedit.

## D. anglicarum.

### Aa) *Opera omnia coniunctim edita.*

1714, 8. The Apologeticks of the Learned Athenian Philosopher Athenagoras. I. For the Christian Religion. II. For the Truth of the Resurrection. Against the Scepticks and Infidels of that Age. Together with a curious Fragment of Iustin Martyr on the Subject of the Resurrection, not published in his Works. And two other Fragments: The one attributed to Iosephus: The other to Methodius, concerning the State of the Dead. Both from Mss. of the late Reverend Dr. Grabe. With the original Greek printed in the Appendix. Done into English with Notes. To which are prefixed Two Dissertations: The one, concerning the Jewish Notion of the Resurrection: The other, concerning Athenagoras and his Remains. By David Humphreys. Ld., Smith.

### Bb) *Opera singulatim edita.*

1573, 8. The most excellent discourse of the Christian Philosopher Athenagoras, touching the Resurrection of the dead; englished from the Greek of Peter Nannius by Richard Porder. Imprinted at London by W. Williamson.

## III. *Illustrantia Athenagoram scripta.*

( ) Observationes et emendationes in Athenagoram. —— *V.* in Historia critica R. L. T. IX.

( ) Analyse étendue de l'Apologie pour les Chrétiens d'Athenagore. —— *V.* in vol. I. Collectionis: Anciens Apologistes

de la religion chrétienne, par l'abbé de Gourcy. Paris, 1785, 8.

Thd. Adriani *Clarisse*: Commentatio in quaestionem ab Ord. Theolog. propositam; de Athenagorae vita et scriptis exponatur, atque in eius doctrinam de religionis Christ. capitibus, quae adtigit, inquiratur *etc.* LB., 1819, 4. —— 116 pp. Quamquam non omnia, inprimis recentiora subsidia in elaboranda hac scriptione sunt adhibita, tamen omnino plurimi aestimanda, et repetita in Annalibus Academiae Lugd. Batav. ab a. 1818 usque ad a. 1819. (LB., 1819, 4) est.

H. *Dodwell*: Dissertatio de tempore atque inscriptione legationis Athenagorae. —— *V.* eiusdem Dissertationes Cyprianicas. (Ox., 1684, 8) Diss. XI. §. 37 sq.

I. Dan. *van Hoven*: Disputatio de vera aetate legationis Athenagorae pro Christianis. Lingae, 1752, 4.

— —: Disquisitio de inscriptione et aetate libelli Athenagorae pro Christianis, divis fratribus exhibiti. —— *V.* Symbolarum literarium ad incrementum scientiarum omne genus Collectionem alteram. (Hl., 1754, 8. 18 *Gr.*) no. 5. p. 163—204. Prodiit sub nomine ficto *Iani Diaconi Hortensii de villa nova.*

Maturini Veyssierii *La Croze* Epistola ad I. C. Wolfium de fabula erotica, quae sub Athenagorae nomine prodiit. —— *V.* in Fabricii Bibl. Gr., T. VI. p. 800 sqq.

Sm. Gf. *Lange*: Ueber Athenagoras, in wie fern er die Platonische Philosophie mit dem Christenthum vereinigte, *etc.* —— *V.* eiusdem librum Ausführliche Geschichte der Dogmen, *etc.* (Lpz., Fleischer. 1796, 8. 1 *Th.* 8 *Gr.*) p. 190 sqq.

Nth. *Lardner*: The history of Athenagoras. —— *V.* eiusdem librum Credibility of the Gospel History, Vol. I. P. II. (Ld., 1748, 8) chap. XVIII. p. 404—420.

Gf. *Less*: Ueber Athenagoras. —— *V.* eiusdem Beweiss der Wahrheit der christlichen Religion. (Brünn, Förster. 1776, 8) p. 54 sqq.

Andr. Polycarp. *Leyseri* Dissertatio de Athenagora, Atheniensi Philosopho christiano. Lps., 1736, 4.

I. G. *Lindner*: Curae posteriores *etc.* 1775, 8. —— *V.* antea *I. Bb*) 2).

I. G. *Michaelis*: Progr. de scholae catechicae Alexandrinae origine. Hl., 1739, 4. —— Auctior rep. est in Symbol. litterar. Bremens., fasc. III., et in eiusdem Dissertationum Collectione, Vol. I.

I. Laur. *Moshemii* Dissertatio de vera aetate Legationis Athenagorae pro Christianis. —— *V.* in Bibl. Bremensi, Class. II. fasc. V. p. 853 sqq. Auctiorem repetitam v. in *Moshemii* Observation. Sacrar., Lib. I. cap. IV. (Amst., 1721, 8) p. 193 sqq., et in eiusdem Dissertationibus ad Histor. Eccles. pertinentibus. (Altonaviae, 1733, 8) Vol. I. p. 269 sqq.

*Semler*: De Athenagora. —— *V.* eiusdem dissertationem, praefixam *Baumgartenii* Theologiae polem. II. §. 58, p. 70 sqq.

Gu. E. *Tentzelii* Exercitatio de Iustino Martyre, Athenagora *etc.* —— *V.* infra s. v. Iustinus *Martyr.*

I. G. *Walch*: De Athenagora. —— *V.* eiusdem Bibliothecam patristicam. (Ie., 1770, 8) p. 26. 93 *etc.*

## ATHENODORUS.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 398 sq.; *ed. n.* T. III. p. 542 sqq.

Isebr. Eilardi *Harkenrothii* Coniectanea de Athenodoro. Sandonis F. Cananita, Sauli quondam Tarsensis pueri Iudaei liberaliter educati, dein Pauli nobilitati Apostoli, litterario formatore, Philosopho Stoico. —— *V.* in Miscellaneis Observationibus (Amst., 1740, 8) T. I. p. 49—62. Alios praeter hunc philosophos stoicos nomine Athenodorus enumerat *Harlesius* in Fabricii B. Gr., T. III. p. 542 sqq.

I. F. *Hofmanni* Dissertatio de Athenodoro Tarsensi, philosopho Stoico. Lps., 1732, 4.

Fr. *Sevin*: Recherches sur la vie et les ouvrage d'Athenodore. —— *V.* in Mém. de l'Acad. des Inscr., T. XIII. *ed.* 8., T. XIX. p. 77 sqq. Germanice hae quaestiones conversae extant in *Hismanni* Magazin, Vol. IV. p. 309 sqq.

## AUGEAS.

Fabr. B. Gr. T I. p. 749; *ed. n.* T. II. p. 425.

A. *Meineke*: De Augea, comico poeta. —— *V.* eiusdem Quaestionum Scenicarum Spec III. (Brl., typis Nietackii. 1830, 4) p. 52 sq.

## AUTOLYCUS.

Fabr. B Gr. T. II. p. 89; *ed. n.* T. IV. p. 17 sq.

### I. *Editiones textus.*

1572, 8. Autolyci Liber de sphaera mobili, Eiusdemque Libri duo de ortu et occasu siderum inerrantium. Graece et

latine editi a Cn. Dasypodio. — *V.* eiusdem Sphaericae doctrinae propositiones, graece et latine. *Arg.*

## II. *Editiones versionum.*

### A. latinarum.

#### 1) De Sphaera.

1558, f. Autolyci liber de Sphaera, ex versione et cum commentariis Fr. Maurolyci. — Cum Theodosii de habitationibus, Menelai Sphaericis et Euclidis Phaenomenis. *Messanae.*

1588, 4. Avtolyci. de Sphera qvae. movetvr. liber. et Theodosii. Tripolitae. de. habitationibvs. liber. Omnia Scholijs Antiquis, et figuris Illustrata: De Vaticana Bibliotheca deprompta: et nunc primum in lucem edita. Josepho. Avria. neapol. interprete. His additae sunt Maurolyci annotationes. Superiorvm Permissv. Romae, Apud Haeredes Antonij Bladij, Impressores Camerales. CIↃ IↃLXXXVII. — 2 *ff.* praefixa, 70 pp Ut ex praefatione apparet in hac paranda versione 6 codices mstos Vatican. interpres adhibuit. Bibl. sen. Lips.

1644, 4. — latine. — *V.* in Synopsi mathematica Marii Mersenni. (Paris.) p. 243 sqq.

#### 2) de ortu et occasu astrorum.

1587, — 1591, 4. Autolyci de ortu et occasu astrorum. Theodosius Tripolita de diebus et noctibus, cum scholiis antiquis, et figuris, Latine per Iosephum Auriam. Romae.

### B. gallicarum.

de ortu et occasu astrorum.

1572, 4. — trad. par Pr. Forcadell. Paris.

## III. *Illustrantia Autolycum scripta.*

I. Bd. *Carpzovii* De Autolyco Pitaneo diatribe. Lps., 1744, 4.

# AUTOMEDON.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 712; *ed. n.* T. IV. p. 466.

## I *Collectio epigrammatum.*

1773, 8. Automedontis epigrammata duodecim, graece, cum notis. — *V.* in *Brunckii* Analectis, T. II. (undecim) p. 207 sqq., unum accessit T. III. p. 331., et *v.* Lectiones, p. 200.

1795, 8. Automedontis epigrammata duodecim, graece, additis notis. — *V.* in *F. Jacobsii* editione Anthologiae, T. II. p. 190—193.

## II. *Illustrantia Automedontem scripta.*

F. *Jacobs:* Automedontis epigramma II. emendatur. — *V.* in eiusdem libro: Emendationes in epigrammata Anthologiae graecae. (Lps., Dyck, 1793, 8 mai.) p. 41 sq.

— —: De Automedonte epigrammatario. — *V.* eiusdem Commentarium in Anthologiam, T. III. P. III. sive totius operis, T. XIII. p. 866.

# AXIONICUS.

Fabr. B Gr. T. I. p. 749; *ed. n.* T. II. p. 425 sq.

C. G. A. *Erfurdt:* Axionici fragmenta emendantur. — *V.* eiusdem Observationes criticas in Athenaei Deipnosoph. in Königsberger Archiv, Vol. I. (Königsb., 1812, 8) no. XXII. p. 460 et 464.

F. *Jacobs:* Axionici fragmenta apud Athenaeum emendantur. — *V.* eiusdem Additamenta animadversionum in Athenaei Deipnosophistas. (Jn., 1809, 8) p 62 sq., 109 sq.

— —: Axionici fragmentum apud Stobaeum, tit. II. p. 29 emendatur. — *V.* eiusdem Lectiones Stobenses. (Jn., 1827, 8 mai.) p. 41 sqq.

A. *Meineke:* De Axionico comico poeta. — *V.* eiusdem Quaestionum scenicarum Spec. III. (Brl., typis Nietackii. 1830, 4) p. 53 sq.

---

# BABRIUS.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 628 sqq.

## I. *Editiones textus.*

1505, — 1508, — 1521, *etc.* — Cum Aesopi fabulis, ubi *v.*

1668, 12. Gabriae seu potius Ignatii diaconi tetrasticha in fabulas Aesopicas. Cum versionibus jambicis Jos. Scaligeri, Fabii Paulini et J. Fidleri. Accedunt eiusdem Gabriae fabulae XI ab Neveleto olim editae, cum versione jambica J. Fiedleri. Cygneae.

1689, 4. Gabriae s. Ignatii Tetrastichorum in fabulas aesopicas dodecas, graece cum octoplici versione metrica latina et cum notis Ch. Gilberti. Dresdae.

1771, — 1785, 8. —— *V.* infra III. *sub v. Tyrwhitt.*

1791, 8 mai. —— *V.* antea s. v. Antoninus Liberalis I.

1809, — 1810 (*bis*), — 1812, 8. —— Cum Aesopi fabulis. In *Francisci de Furia* editionibus integrae Babrii fabulae ac metro choliambico, no. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 374. 378. 379 exhibentur. In *Coraii* editione fabularum aesopicarum nonnullis melius mutatis eadem leguntur. Conf. censuras in ephem. litt Jenens. 1810 no. 284 p. 469 sq., ubi fabula no. 363 metro suo restituitur; et ephem. litt. Jen. 1811. no. 87. p. 116 sqq.

1816, 8. *Βαβριου Μυθων Χωλιαμβικων Βιβλια Τρια.* Babrii Fabularum Choliambicarum Libri Tres. Accedit liber quartus Fabularum et narrationum poeticarum ex Anthologia Graeca aliisque auctoribus excerptus. Collegit, Babrii inprimis fabulas numeris et integritati pristinae pro iis, quae modo extant, copiis restituit, versionemque horum omnium metricam lingua Germanica subiunxit Fr. Xav. Berger. Monachii, Lindauer, M.DCCCXVI. —— 176 pp. 16 *Gr.* His tribus libris 93 fabulae continentur, quas editor choliambico metro restituere studuit. Conf. crisin in ephem. litt. Jenens. 1816. no. 172 et 173, quam, ibi multis vituperatis perpluribusque aliter constitutis, editor Babrii acriter impugnabat in libello: Brasidas, oder Antwort auf e. Recension, *etc.* Monachii, 1817, 4. 8 *Gr.* Deinde conf. quoque censuram in Journal des Savans. 1817. m. Febr., p. 102—115, ubi in fine aliquot omnino non spernenendae animadversiones sunt propositae.

1832, 8 mai. On the fables of Babrius, with text greek and notes; by C. G. L. —— *V.* in The philological Museum no. II. (Cbr.) p. 280—304. Notae textui subiectae sunt criticae, in quibus ceterorum editorum lectiones respiciuntur. Nonnullae fabulae sunt quoque a *Blomfield* emendate editae in Museo crit. Cantabr. Vol. I. et a *Burges* in Class. Journ. Vol. XXV. et XXVI.

## II. *Editiones versionum.*

1787, 8. Gabriae Fabeln, aus dem Griech. mit Anmerkungen, von J. Ch. F. Bährens. Cöln. —— 3 *Gr.*

1816, 8. Babrius, des Fabeldichters, wiedergefundene Fabeln in drey Büchern, nebst einem vierten Buche Fabeln und poetischer Erzählungen vom Ursprunge dieser Dichtarten an, bis auf die Zeiten Iustinians I. Gesammelt und nach Wiederherstellung der ersten auch auf Deutschlands Boden verpflanzt, von Fr. Xav. Berger. München, Lindauer. —— 8 *Gr.*

## III. *Illustrantia Babrium scripta.*

Ric. *Dawes*: Quaedam Babrii loca emendantur et explicantur. —— *V.* eiusdem Miscellanea critica iterum edita a Th. Burgess. (Ox., 1781, 8) p. 468.

A. *Matthiae*: De loco quodam Pindari (Pyth. II. 131), tum de Babrii fabulis dissertatio. Altb., 1822, 4. —— 7 pp. *V.* ephem. litt. Lips. 1824. no. 85.

F. *Osann*: Vertheidigung der vulgären Lesart in der Fabel CXLIX. 5 des Babrias. —— *V.* in *Böttigeri* Amalthea, Vol. II. p. 270. Contra *Tyrwhittum*.

Th. *Tyrwhittii* Dissertatio de Babrio, fabularum aesopearum scriptore. Inseruntur fabulae quaedam aesopeae, nunquam antehac editae, ex cod. ms. Bodleiano. Accedunt Babrii fragmenta. Ld., 1776, 8. —— Ad hoc pertinet: Auctarium ad dissertationem de Babrio, fabularum aesopearum scriptore, *c.* in eiusdem libro inscripto: Orpheus. 1781, 8. Illius dissertationis „editio altera, eaque auctior, cum praefatione Gli. Cph. Harlesii. Erl., Palm. 1785, 8, prodiit. 4 *Gr.*

Stph. *Weston*: Babrii loca emendantur. —— *V.* in eiusdem Hermesianacte sive Coniecturis in Athenaeum. (Ld., Nichols. 1784, 8 mai.) p. 80 sqq.

# BACCHIUS.

Fabr. B. Gr. T. II. p. 260 sq.; *ed. n.* T. III p. 643 sq.

1623, f. Bacchii senioris introductio methodica ad musicam, sive harmonica et rhythmica elementa, graece, e cod. ms. Paris. edidit primus Marius Mersennus. —— *V.* eiusdem Commentarium ad sex prima Geneseos capita. (Paris) p. 1887 sq. Gallice idem *Mersennus* convertit *ib.*, 8.

1623, 8. Bacchii Senioris Iatromathematici ειςαγωγη sive introductio methodica ad musicam per Dialogismum. Graece nunc primum e bibliotheca regia eruta. Federicus Morellus recensuit, ca-

stigavit, latine vertit, et notis illustravit. Lutetiae.

1652, 4. — graece et latine edid. M. Meibomius. —— *V.* inter eiusdem Antiquae Musicae Auctores. (Amst., Elzevir.) T. II.

## BACCHYLIDES.

Fabr. B. Gr. T. I. p. 551; *ed. n.* T. II. p. 114 sqq.

### I. *Fragmenta.*

1556, 8. Bacchylidis fragmenta. —— *V.* in *Mich. Neandri* Anthologico graecolatino, *etc.* Bs., Oporin.

